6. Ulpianus *libro XXV. ad Edictum.*— Mulieri et pupillo populares actiones non dantur, nisi quum ad eos res pertineat.

6. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*— A la mujer y al pupilo no se les dan las acciones populares, sino cuando la cosa les pertenezca á ellos.

7. Paulus *libro LXI. ad Edictum.* — Populares actiones non transeunt ad eum, cui restituta est hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto.

§ 1.—Item qui habet has actiones, non intelligitur esse locupletior.

7. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXI.* — Las acciones populares no pasan á aquel á quien en virtud del Senadoconsulto Trebeliano fué restituída la herencia.

§ 1.—Asimismo, no se entiende que es más rico el que tiene estas acciones.

8. Ulpianus *libro I. ad Edictum.* — Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque supra annum extenduntur.

8. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro I.*—Las acciones populares ni se dan contra los herederos, ni se extienden á más de un año.

# LIBER QUADRAGESIMUSOCTAVUS

## TIT. I

### DE PUBLICIS IUDICIIS

1. Macer (1) *libro I. de publicis Iudiciis.* — Non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, et publica sunt, sed ea tantum, quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, ut Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis et veneficis (2), Pompeia parricidii, Iulia peculatus, Cornelia de testamentis, Iulia de vi privata, Iulia de vi publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona.

2. Paulus *libro XV. ad Edictum Praetoris.*— Publicorum iudiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus poena mors, aut exilium est, hoc est aquae et ignis interdictio, per has enim poenas eximitur caput de civitate; nam cetera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur, tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio poena est.

3. Ulpianus *libro XXXV. ad Sabinum.* — Publica accusatio reo vel rea ante defunctis perimitur (3).

4. Paulus *libro XXXVII. ad Edictum.* — Interdum evenit, ut praeiudicium iudicio publico fiat, sicut in actione legis Aquiliae, et furti, et vi bonorum raptorum, et interdicto Unde vi, et de tabulis testamenti exhibendis; nam in his de re familiari agitur.

5. Ulpianus *libro VIII. Disputationum.*— Is (4), qui reus factus est, purgare se debet, nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus; constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.

# LIBRO CUADRAGÉSIMO OCTAVO

## TÍTULO I

### DE LOS JUICIOS PÚBLICOS

1. Macer; *De los Juicios públicos, libro I.* — No todos los juicios, en los que se trata de delito, son también públicos, sino solamente los que provienen de las leyes sobre los juicios públicos, como la ley Julia que trata de la majestad, la Julia sobre los adulterios, la Cornelia de los sicarios y envenadores, la Pompeya del parricidio, la Julia del peculado, la Cornelia de los testamentos, la Julia de la violencia privada, la Julia de la violencia pública, la Julia del soborno, la Julia del cohecho, y la Julia de las provisiones.

2. Paulo; *Comentarios al Edicto del Pretor, libro XV.* — Algunos de los juicios públicos son capitales, y otros no. Son capitales aquellos de los que es pena la muerte, ó el destierro, esto es, la interdicción del agua y del fuego, porque por estas penas se elimina de la ciudadanía una cabeza; pues las demás no se llaman destierros, sino propiamente relegaciones, porque entonces se retiene la ciudadanía. No son capitales aquellos de los que hay pena pecuniaria, ó algún castigo corporal.

3. Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XXXV.* — Se extingue la acusación pública habiendo fallecido antes el reo ó la rea.

4. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXVII.* — A veces acontece que se hace prejuicio al juicio público, como en la acción de la ley Aquilia, en la de hurto, y en la de bienes arrebatados con violencia, en el interdicto *Unde vi*, y en el de exhibición de las tablas de un testamento; porque en ellas se trata de los bienes de familia.

5. Ulpiano; *Disputas, libro VIII.*—El que fué acusado debe sincerarse, y no puede acusar antes que haya sido excusado; porque se observa conforme á las constituciones, que el reo no se sincere con la revelación de crímenes, sino con su inocencia.

(1) Ulpianus, *Hal. Vulg.*
(2) *Taur. al márgen;* beneficiis, *en el texto.*

(3) *Vulg.;* permittitur, *el códice Fl.;* non permittitur, *Hal.*
(4) *Taur. al márgen;* Si, *en el texto.*

§ 1.—Illud incertum est, utrum ita demum accusare potest, si fuerit liberatus, an et si poenam subierit; est enim constitutum ab Imperatore nostro et Divo patre eius, post damnationem accusationem quem inchoare non posse. Sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui vel civitatem, vel libertatem amiserunt.

§ 2.—Inchoatas plane delationes ante damnationem implere iis et post damnationem permissum est.

6. Marcianus *libro XIV. Institutionum.* — Defuncto eo, qui reus fuit criminis, et poena extincta, in quacunque causa criminis extincti, debet is cognoscere, cuius de pecuniaria re cognitio est.

7. Macer (1) *libro II. Iudiciorum publicorum.*— Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo, quod iudicii publici causam habuit; itaque ex eo crimine, quod iudicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur, nisi id crimen ex ea actione fuit, quae etiam in privato iudicio infamiam condemnato importat, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

8. Paulus *libro singulari de Iudiciis publicis.*— Ordo exercendorum publicorum (2) capitalium in usu esse desiit, durante tamen poena legum, quum extra ordinem crimina probantur.

9. Marcianus (3) *libro I. de Iudiciis publicis.*— Sciendum est, si in capitali causa suum servum reum crimine factum quis non defenderit, non eum pro derelicto haberi, et ideo, si absolutus fuerit, non liberum fieri, sed manere domini.

10. Papinianus *libro II. Definitionum.* — Inter accusatorem et reum cognitione suscepta, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur; nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur, vel de accusatoris absentis praesente reo calumnia pronuntietur.

11. Maecianus *libro X. de Iudiciis publicis.*— Servus etiam (4) per procuratorem domini aeque, ac per dominum defendi potest.

12. Modestinus *libro III. de Poenis.* — Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum, si omnes in civitate provinciae (5), quam regit, agunt, adhibere (6) debere, et feriatis diebus custodias audiri posse rescriptum est, ita ut innoxios dimittat, et nocentes, qui duriore animadversione (7) indigent, differat.

13. Papinianus *libro XV. Responsorum.*— Accusatore defuncto res ab alio, iudicante Praeside provinciae, peragi potest.

§ 1.—Ad crimen iudicii publici persequendum frustra procurator intervenit, multoque magis ad

§ 1.—Es incierto si solamente puede acusar si hubiere quedado libre, ó también si hubiere sufrido la pena; porque se halla establecido por nuestro Emperador y por su Divino padre, que después de su condenación no pueda nadie incoar acusación. Pero creo que esto se refiere solamente á los que perdieron ó la ciudadanía, ó la libertad.

§ 2.—Mas ciertamente les está permitido terminar aun después de la condenación las delaciones incoadas antes de la condenación.

6. Marciano; *Instituta, libro XIV.* — Fallecido el que fué reo de un crimen, y extinguida la pena, en cualquiera causa por delito extinguido debe conocer aquel á quien compete el conocimiento sobre la cuestión pecuniaria.

7. Macer; *De los Juicios públicos, libro II.* — La sentencia no hace infame por todo delito, sino por el que contuvo causa de juicio público; y así, en virtud de delito, que no fué de juicio público, no seguirá la infamia al condenado, á no ser que este delito haya sido de acción tal que importe infamia aun al condenado en juicio privado, como el de hurto, el de bienes arrebatados con violencia, y el de injurias.

8. Paulo; *De los Juicios públicos, libro único.* — El orden de proceder en los juicios públicos capitales dejó de estar en uso, subsistiendo, sin embargo, la pena de las leyes, porque los delitos se prueban en forma extraordinaria.

9. Marciano; *De los Juicios públicos, libro I.* — Se ha de saber, que si alguno no hubiere defendido á su propio esclavo hecho reo de un crimen en causa capital, no es considerado éste como abandonado, y que por lo tanto, si hubiere sido absuelto, no se hace libre, sino que permanece siendo de su señor.

10. Papiniano; *Definiciones, libro II.* — Habiéndose contestado la acusación entre el acusador y el reo, se admite excusa á favor del ausente por justas razones; y no sea condenado el reo citado tres veces cada día durante tres días, ó no se falle estando presente el reo respecto á la calumnia del acusador ausente.

11. Meciano; *De los Juicios públicos, libro X.* — El esclavo puede ser también defendido por un procurador de su señor lo mismo que por su señor.

12. Modestino; *De las Penas, libro III.* — Se resolvió por rescripto, que el que ha de oir á los presos debe hacer comparecer tanto á los muy esclarecidos varones, como á los patronos de las causas, si todos viven en ciudad de la provincia que él gobierna, y que los presos pueden ser oidos en los dias feriados, de modo que dé libertad á los inocentes, y retenga á los delincuentes, que requieren más duro castigo.

13. Papiniano; *Respuestas, libro XV.*—Fallecido el acusador, la acusación puede ser llevada á cabo por otro, juzgando de ella el Presidente de la provincia.

§ 1.—Inútilmente interviene procurador para perseguir delito de juicio público, y mucho menos

(1) Marcellus, *Vulg.*
(2) iudiciorum, *inserta Vulg.*
(3) *Véase la nota 1.*
(4) etiam, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(5) vel in provincia, *Vulg.*
(6) *Vulg.;* adhiberi, *el códice Fl.*
(7) *Hal. Vulg.;* duriorem animadversionem, *el códice Fl.*

defendendum; sed excusationes absentium ex Senatusconsulto iudicibus allegantur, et, si iustam rationem habeant, sententia differtur.

14. Idem *libro XVI. Responsorum.*—Genéri servis a socero veneficii accusatis, Praeses provinciae patrem calumniam intulisse pronuntiaverat; inter infames patrem defunctae non habendum respondi, quoniam, etsi publicum iudicium inter liberos de morte filiae constitisset, citra periculum pater vindicaret (1).

## TIT. II

### DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS

[*Cf. Cod. IX. 1. 2.*]

1. Pomponius *libro I. ad Sabinum.* — Non est permissum mulieri, publico iudicio quemquam reum facere, nisi scilicet parentum liberorumque, et patroni, et patronae, et eorum filii, filiae, nepotis, neptis mortem exsequatur.

2. Papinianus *libro I. de Adulteriis.*— Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio, veluti si mortem exsequantur eorum earumque, in quos ex lege publicorum testimonium (2) invitae non dicunt; idem et in lege Cornelia testamentaria Senatus statuit. Sed et de testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est.

§ 1.—Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillae avi sui mortem exsequi concessum est, lege autem testamentaria (3); nam de patris quidem testamento pupillis agere Divus Vespasianus permisit, sed quasi (4) non exhibeantur tabulae, per interdictum possunt experiri.

3. Paulus *libro III. de Adulteriis.*— Libellorum inscriptionis conceptio talis est: Consul et dies, apud illum Praetorem vel Proconsulem Lucius Titius professus est, se Maeviam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicat, eam cum Caio Seio in civitate illa, domo illius, mense illo, Consulibus illis, adulterium commisisse. Utique enim et locus designandus est, in quo adulterium commissum est, et persona, cum qua admissum dicitur, et mensis; hoc enim lege Iulia publicorum (5) cavetur, et generaliter praecipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt; neque autem diem, neque horam invitus comprehendet.

§ 1.—Quodsi libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, et ex integro repetendi reum potestas fiet.

§ 2.—Item subscribere debebit is, qui dat libellos, se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat.

§ 3.—Sed et si aliud crimen obiiciat, veluti quod

para defender; pero en virtud de un Senadoconsulto se alegan á los jueces las excusas de los que están ausentes, y si tuvieran justa razón, se difiere la sentencia.

14. El mismo; *Respuestas, libro XVI.* — Acusados de envenenamiento los esclavos de un yerno por su suegro, el Presidente de la provincia había declarado que el padre había inferido calumnia; respondí, que el padre de la difunta no había de ser contado entre los infames, porque, aunque el juicio público sobre la muerte de la hija hubiera sido entre personas libres, el padre la vindicaría sin responsabilidad.

## TÍTULO II

### DE LAS ACUSACIONES Y DE LAS INSCRIPCIONES

[*Véase Cód. IX. 1. 2.*]

1. Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro I.* — A la mujer no le es permitido acusar á persona alguna en juicio público, á no ser que persiga la muerte de sus ascendientes y de sus descendientes, del patrono y de la patrona, y del hijo ó de la hija, del nieto ó de la nieta, de éstos.

2. Papiniano; *De los Adulterios, libro I.* — Por ciertas causas se les concedió á las mujeres la acusación pública, por ejemplo, si persiguieran la muerte de aquellos ó de aquellas contra quienes no prestan contra su voluntad por virtud de la ley de los juicios públicos testimonio; lo mismo estableció el Senado también respecto á la ley Cornelia sobre testamentos. Mas también se les permitió á las mujeres formular en juicio público acusación sobre el testamento de un liberto paterno ó materno.

§ 1.—Se les permitió á los pupilos que en virtud de consejo de sus tutores persiguieran la muerte de su padre, y también á la pupila la muerte de su abuelo, mas por la ley sobre los testamentos; porque el Divino Vespasiano les permitió ciertamente á los pupilos ejercitar acción sobre el testamento de su padre, bien que, si no fueran exhibidas las tablas, pueden reclamar por medio del interdicto.

3. Paulo; *De los Adulterios, libro III.* — La fórmula de los libelos de inscripción es esta: Consul y día; ante tal Pretor ó Proconsul manifestó Lucio Ticio que él acusaba como reo á Mevia en virtud de la ley Julia sobre los adulterios, porque dice que ella cometió adulterio con Cayo Seyo en tal ciudad, en la casa de él, en tal mes, siendo Cónsules tales ó cuales. Porque ciertamente que se ha de designar, así el lugar en que se cometió el adulterio, como la persona con la cual se dice que se cometió, y el mes; pues esto se dispone en la ley Julia sobre los juicios públicos, y se preceptúa en general para todos los que delatan á alguno como reo; mas no expresará, si no quiere, ni el día, ni la hora.

§ 1.—Pero si los libelos de las inscripciones no hubieren sido formulados en la forma legal, se borra el nombre del reo, y se dará facultad para acusar de nuevo al reo.

§ 2.—Asimismo, deberá subscribir que así él declaró el que presentó los libelos, ú otro por él, si no supiera escribir.

§ 3.—Mas si acusara de otro delito, por ejemplo,

(1) *Vulg.;* vindicaretur, *el códice Fl.*
(2) *Hal.;* testimonium publicorum, *el códice Fl.*
(3) concessum est lege testamentaria, *Hal. Vulg.*
(4) et si, *Hal.*
(5) *Véase la nota 2.*

domum suam praebuit, ut stuprum materfamilias pateretur, quod adulterum deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperto stupro acceperit, et si quid simile, id ipsum libellis comprehendendum erit.

§ 4.—Si accusator decesserit, aliave quae causa eum (1) impedierit, quominus accusare possit, et si quid simile, nomen rei aboletur postulante reo, idque et lege Iulia de vi, et Senatusconsulto cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum. Sed intra quod tempus, videbimus, et utique triginta dies utiles observandi sunt.

de que otro facilitó su casa para que fuese estuprada una madre de familia, de que dejó ir al adúltero que fué sorprendido, de que recibió precio por el estupro que se descubrió, ó de otro semejante, también esto habrá de ser consignado en los libelos.

§ 4.—Si el acusador hubiere fallecido, ú otra cualquiera causa le impidiere poder acusar, y si ocurriere alguna otra cosa semejante, á instancia del reo se borra el nombre del reo, lo cual fué dispuesto por la ley Julia sobre la violencia, y por un Senadoconsulto, de modo que le sea lícito á otro acusar de nuevo al reo. Mas veamos dentro de qué tiempo; y ciertamente que se han de observar treinta dias útiles.

**4.** Ulpianus *libro II. de Adulteriis.*— Is, qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habet, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo iudicio, vel rem suam exsequatur. Sed et calumnia notatis ius accusandi ademtum est. Item his, qui cum bestiis depugnandi causa in arenam intromissi sunt, quive artem ludicram, vel lenocinium fecerint, quive praevaricationis, calumniaeve causa quid fecisse iudicio publico pronuntiatus erit, quive ob accusandum, negotiumve cui facessendum pecuniam accepisse iudicatus erit.

**4.** Ulpiano; *De los Adulterios, libro II.* — El que fué condenado en juicio público no tiene derecho de acusar, á no ser que en este juicio persiga la muerte de sus hijos ó de sus patronos, ó cosa suya propia. Pero también á los tachados de calumnia se les quitó el derecho de acusar. Asimismo á los que que fueron echados á la arena para luchar con las fieras, ó á los que hubieren ejercido artes cómicas, ó el lenocinio, ó al que en juicio público se hubiere fallado que hizo alguna cosa por causa de prevaricación ó de calumnia, ó al que hubiere sido juzgado que recibió dinero por acusar ó por promoverle cuestión á alguno.

**5.** Idem *libro III. de Adulteriis.*—Servos quoque adulterii posse accusari, nulla dubitatio est. Sed qui prohibentur adulterii liberos homines accusare, iidem servos quoque prohibebuntur. Sed ex Rescripto Divi Marci etiam adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest; post hoc igitur Rescriptum accusandi necessitas incumbet domino servum suum; ceterum iuste mulier nupta praescriptione utetur.

**5.** El mismo; *De los Adulterios, libro III.* — No hay duda alguna que también los esclavos pueden ser acusados de adulterio. Mas á los mismos á quienes se les prohibe que acusen de adulterio á hombres libres, se les prohibe también que acusen á los esclavos. Pero en virtud de rescripto del Divino Marco el señor puede entablar acusación también contra su propio esclavo; así, pues, después de este rescripto le incumbirá al señor la necesidad de acusar á su esclavo; por lo demás, la mujer legítimamente casada utilizará excepción.

**6.** Idem *libro II. de officio Proconsulis.* — Levia crimina audire et discutere de plano Proconsulem oportet, et vel liberare eos, quibus obiiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis servos verberare (2).

**6.** El mismo; *Del Cargo de Proconsul, libro II.*— Es conveniente que el Proconsul oiga y resuelva de plano sobre los delitos leves, y que ó exima á aquellos á quienes se les atribuyen, ó los castigue con palos, ó siendo esclavos los azote.

**7.** Idem *libro VII. de officio Proconsulis.* — Si cui crimen obiiciatur, praecedere debet in (3) crimen subscriptio; quae res ad id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, quum sciat inultam sibi accusationem non futuram.

§ 1.—Caveant (4) itaque singuli, quod crimen obiiciant, et praeterea perseveraturos se in crimine usque ad sententiam.

§ 2.—Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet Praeses pati eundem accusari; et ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit. Sed hoc utrum ab eodem, an nec ab alio accusari possit, videndum est. Et putem, quoniam res inter alios iudicatae alii non praeiudicant, si is, qui nunc accusator extitit, suum dolorem persequatur, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam, magna ex causa admitti eum ad accusationem debere.

§ 3.—Si tamen alio crimine postuletur ab eodem,

**7.** El mismo; *Del cargo de Proconsul, libro VII.* —Si á alguno le fuera imputado un delito debe preceder á la acusación la suscripción; lo cual se estableció para esto, para que nadie se lance fácilmente á acusar, sabiendo que no habrá de quedar sin castigo para él la acusación.

§ 1.—Así, pues, presten todos caución por haber imputado un delito, y además, de que perseverarán en la acusación hasta la sentencia.

§ 2.—El Pretor no debe consentir que uno sea acusado de los mismos delitos de que fué declarado libre; y así lo respondió por rescripto el Divino Pío á Salvio Valente. Pero se ha de ver, si no se podrá acusar por él mismo, ó si tampoco por otro. Y yo opinaría, que como las cosas juzgadas entre unos no perjudican á otro, si el que ahora es acusador persiguiera ofensa propia, y probara que él ignoró que la acusación había sido entablada por otro, debe él ser admitido á la acusación en virtud de causa grave.

§ 3.—Mas si fuera acusado de otro delito por el

(1) *Hal. Vulg.;* **si,** *Taur. según corrección del códice Fl., en el que se lee* **eumpedierit,** *Br.*
(2) **flagellis caesos liberare,** *Vulg.*

(3) **in,** *considérase añadida por antiguos copistas.*
(4) *Vulg.;* **Cavent,** *el códice Fl.*

qui in alio crimine eum calumniatus est, puto, non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit, quamvis filium accusatoris admitti oportere, aliam accusationem instituentem adversus eum, quem pater accusaverat, Divus Pius Iulio Candido rescripsit.

§ 4.—Idem Imperator rescripsit, servos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam, sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint.

§ 5.—Quum sacrilegium admissum esset in aliqua (1) provincia, deinde in alia minus crimen, Divus Pius Pontio Proculo rescripsit, postquam cognoverit de crimine in sua provincia admisso, ut reum in eam provinciam remitteret, ubi sacrilegium admisit.

**8.** Macer (2) *libro II. de publicis Iudiciis.*—Qui accusare possunt, intelligemus, si scierimus, qui non possunt. Itaque prohibentur accusare alii propter sexum, vel aetatem, ut mulier, ut pupillus; alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent; alii propter magistratum potestatemve, in qua agentes sine fraude in ius evocari non possunt; alii propter delictum proprium, ut infames; alii propter turpem quaestum, ut qui duo iudicia adversus duos reos subscripta habent, numosve ob accusandum, vel non accusandum acceperint; alii propter conditionem suam, ut (3) libertini contra patronos;

**9.** Paulus *libro V. Sententiarum.* — alii propter suspicionem calumniae, ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt;

**10.** Hermogenianus *libro VI.* (4) *Iuris epitomarum.* — nonnulli propter paupertatem, ut sunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent.

**11.** Macer (5) *libro II. de publicis Iudiciis.*— Hi tamen omnes, si suam iniuriam exsequantur, mortemve propinquorum defendent, ab accusatione non excluduntur.

§ 1.—Liberi libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumve queri, veluti si dicant vi se a possessione ab his expulsos, scilicet non ut crimen vis (6) iis intendant, sed ut possessionem recipiant. Nam et filius non quidem prohibitus est de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum, quo magis coheredem haberet, sed ream eam lege Cornelia facere, permissum ei non est.

§ 2.—Ab alio delatum alius deferre non potest; sed eum, qui abolitione publica vel privata interveniente, aut desistente accusatore de reis exemtus est, alius deferre non prohibetur.

**12.** Venuleius Saturninus *libro II. de Iudiciis publicis.* — Hos accusare non licet: legatum Imperatoris, id est (7) Praesidem provinciae, ex sententia Lentuli dicta Sulla et Trione (8) Consulibus;

(1) **sua,** *inserta Hal.*
(2) **Marcellus,** *Vulg.*
(3) **filii circa parentes,** *insertan Hal. Vulg.*
(4) *Br. considera* **VI.** *añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.*

mismo que en otra acusación criminal lo calumnió, opino que no ha de ser admitido fácilmente el que una vez calumnió, aunque respondió por rescripto el Divino Pío á Julio Cándido, que es conveniente que se admita al hijo del acusador, al entablar otra acusación contra aquel á quien su padre había acusado.

§ 4.—El mismo Emperador resolvió por rescripto, que los esclavos deben ser castigados allí donde se diga que delinquieron, y que el dueño de ellos, si quisiera defenderlos, no podía llamar la causa á su provincia, sino que debía defenderlos allí donde hubieren delinquido.

§ 5.—Cuando en una provincia se hubiese cometido sacrilegio, y después en otra un delito menos grave, respondió por rescripto el Divino Pío á Poncio Próculo, que después que hubiere conocido del delito cometido en su provincia, remitiese al reo á la provincia en que cometió el sacrilegio.

**8.** Macer; *De los Juicios públicos, libro II.*—Entenderemos quiénes pueden acusar, si supiéremos quiénes no pueden. Y así, á unos se les prohibe acusar por razón del sexo ó de la edad, como la mujer ó el pupilo; á otros por razón de su juramento, como los que militan; á otros por razón de su magistratura ó potestad, los cuales permaneciendo en ella no pueden ser llamados á juicio sin infracción de la ley; á otros por razón de su propio delito, como los infames; á otros por razón de torpe ganancia, como los que tienen subscritos dos juicios contra dos reos, ó hubieren recibido dinero por acusar ó no acusar; á otros por razón de su propia condición, como los libertinos contra los patronos;

**9.** Paulo; *Sentencias, libro V.* — á otros por razón de sospecha de calumnia, como los que sobornados prestaron falso testimonio;

**10.** Hermogeniano; *Epítome del Derecho, libro VI.* — algunos por razón de su pobreza, como son los que tienen menos de cincuenta áureos.

**11.** Macer; *De los Juicios públicos, libro II.* — Mas todos éstos, si persiguieran su propia injuria, ó vindican la muerte de sus parientes, no son excluídos de la acusación.

§ 1.—A los descendientes y á los libertos no se les ha de prohibir que para defender sus propias cosas se querellen de un hecho de sus ascendientes ó patronos, por ejemplo, si dijeran que á la fuerza habían sido expulsados por ellos de la posesión, por supuesto, no para entablar contra ellos acusación criminal de violencia, sino para recobrar la posesión. Porque tampoco se le prohibió al hijo que se querellara por acto de su madre, si dijera que por ella fué supuesto un parto para que él tuviese un coheredero más, pero no se le permitió acusarla como á reo de la ley Cornelia.

§ 2.—Uno no puede denunciar al que fué delatado por otro; pero no se prohibe que otro delate al que por mediar abolición pública ó privada ó por desistir el acusador fué excluído de entre los reos.

**12.** Venuleyo Saturnino; *De los Juicios públicos, libro II.* — No es lícito acusar á éstos: al legado del Emperador, esto es, al Presidente de una provincia, en virtud de sentencia de Léntulo pro-

(5) *Véase la nota 2.*
(6) **vis,** *omítela Hal.*
(7) **item** *por* **id est,** *Hal.*
(8) **Tirone,** *Hal. Vulg.*

item legatum provincialem eius duntaxat criminis, quod ante commiserit, quam in legationem venerit; item magistratum populi Romani eumve, qui reipublicae causa abfuerit, dum non retractandae legis causa abest.

§ 1.—Hoc beneficio etiam in reos recepti uti possunt, si abolitione interveniente repeti se non debere contendant, secundum epistolam Divi Hadriani ad Glabrionem Consulem scriptam.

§ 2.—Lege Iulia iudiciorum publicorum cavetur, ne eodem tempore de duobus reis quis quaereretur, nisi suarum iniuriarum causa.

§ 3.—Si servus reus postulabitur, eadem observanda sunt, quae si liber esset, ex Senatusconsulto Cotta et Messala Consulibus.

§ 4.—Omnibus autem legibus servi rei fiunt, excepta lege Iulia de vi privata, quia ea lege damnati partis tertiae bonorum publicatione puniuntur, quae poena in servum non cadit. Idemque dicendum est in ceteris legibus, quibus pecuniaria poena irrogatur, vel etiam capitis, quae servorum poenis non convenit, sicuti relegatio. Item nec lex Pompeia parricidii, quoniam caput primum eos apprehendit, qui parentes cognatosve, aut patronos occiderint, quae in servos, quantum ad verba pertinet, non cadunt; sed quum natura est communis (1), similiter et in eos animadvertetur. Item Cornelia iniuriarum servum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit, sed durior ei poena extra ordinem imminebit.

13. Marcianus (2) *libro I. de publicis Iudiciis.* —Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a Praefecto annonae deferentem, Divus Severus (3) et Antoninus rescripserunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque, qui causas alienas deferre (4) non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur.

14. Paulus *libro II. de officio Consulis.*—Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.

15. Ulpianus *libro LVI. ad Edictum.*— In eum, cuius dolo malo hominibus coactis damni quid datum esse dicatur, non debet cogi actor, omissa actione civili crimen intendere.

16. Idem *libro II. de officio Consulis.* — Si plures existant, qui eundem (5) in publicis iudiciis accusare volunt, iudex eligere debet eum, qui accuset, causa scilicet cognita, aestimatis accusatorum personis vel de dignitate, vel ex eo, quod interest, vel aetate, vel moribus, vel alia iusta de causa.

ferida bajo el consulado de Sula y de Trion; tampoco al legado provincial solamente por el delito que hubiere cometido antes que hubiere ido á la legación; tampoco al magistrado del pueblo romano, ó al que hubiere estado ausente por causa de la república, con tal que no esté ausente para defraudar la ley.

§ 1.—Pueden usar de este beneficio también los considerados como reos, si mediando abolición sostuvieran que no debian ser acusados otra vez, según la Epístola del Divino Adriano escrita al Consul Glabrion.

§ 2.—En la ley Julia sobre los juicios públicos se dispone, que nadie se querelle de dos reos al mismo tiempo, á no ser por causa de injurias propias.

§ 3.—Si un esclavo fuere acusado como reo, se ha de observar lo mismo que si fuese libre, en virtud del Senadoconsulto dado bajo el consulado de Cotta y de Messala.

§ 4.—Mas por todas las leyes son declarados reos los esclavos, excepto por la ley Julia de la violencia privada, porque en virtud de esta ley los condenados son castigados con la confiscación de la tercera parte de los bienes, cuya pena no es aplicable al esclavo. Y lo mismo se ha de decir en cuanto á las demás leyes, en que se impone pena pecuniaria, ó también la capital, que no corresponde á las penas de los esclavos, así como la relegación. Tampoco la ley Pompeya sobre el parricido, porque el primer capítulo comprende á los que hubieren matado á sus ascendientes ó cognados, ó á sus patronos, cuyas circunstancias, por lo que se refiere á las palabras de la ley, no concurren en los esclavos; pero cuando la naturaleza es común, se les castiga igualmente también á ellos. Asimismo Cornelio Sula fué autor de que el esclavo no deba ser admitido como reo por la ley Cornelia sobre las injurias, pero le amenaza extraordinariamente una pena más dura.

13. Marciano; *De los Juicios públicos, libro I.* — El Divino Severo y Antonino resolvieron por rescripto, que por razón de la utilidad pública, que respecta á las provisiones, fuese oida la mujer por el Prefecto de las provisiones. También son admitidos sin duda alguna los infamados que acusan. También los militares, que no pueden delatar causas ajenas, y que velan por la paz, han de ser admitidos con mayor razón á esta acusación. También son oidos los esclavos que la formulan.

14. Paulo; *Del Cargo de Proconsul, libro II.* — Dispuso el Senado, que ninguno fuese hecho reo de un mismo crimen por muchas leyes.

15. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LVI.* —El actor no debe ser obligado á que, prescindiendo de la acción civil, intente la criminal contra el que se dijera que habiéndose reunido hombres por dolo malo suyo se causó algún daño.

16. El mismo; *Del Cargo de Consul, libro II.* — Si hubiera muchos que quieren acusar á uno mismo en juicios públicos, el juez debe elegir á uno que lo acuse, por supuesto, con conocimiento de causa, habiendo hecho estimación de las personas de los acusadores, ó por su dignidad, ó por lo que les interesa, ó por su edad, ó por sus costumbres, ó por otra justa causa.

(1) *Taur.*; communis est, *el códice Fl., Br.*
(2) Marcellus, *Hal.*
(3) Hadrianus *por* Severus, *Hal.*
(4) defendere, *Hal.*
(5) *Hal. Vulg.*; eum, *el códice Fl.*

**17.** Modestinus *libro VI. Differentiarum.* — Si servum dominus in crimine capitali defendat, sistendum satisdato promittere iubetur.

**18.** Idem *libro XVII. Responsorum.*— Quum Titia testamentum Caii, fratris sui, falsum arguere minaretur, et solennia accusationis non implevit intra tempus a Praeside praefinitum, Praeses provinciae iterum pronuntiavit, non posse illam amplius de falso testamento dicere; adversus quas sententias (1) Titia non provocavit, sed dixit, se post finitum tempus de irrito testamento dicere; quaero, an Titia, quae non appellavit adversus sententiam Praesidis, possit ad falsi accusationem postea reverti. Respondit, nihil aperte proponi, propter quod adversus sententiae auctoritatem de falso agens audienda sit.

**19.** Callistratus *libro V. de Cognitionibus.*— Divi Fratres rescripserunt, non debere cogi heredes accusatorum, exsequi crimina.

§ 1.—Item, non oportere compelli accusatorem, plures reos facere, Divus Hadrianus rescripsit.

**20.** Modestinus (2) *libro II. de Poenis.*— Ex iudiciorum publicorum admissis non alias transeunt adversus heredes poenae bonorum ademtionis, quam si lis contestata et condemnatio fuerit secuta, excepto repetundarum et maiestatis iudicio, quae etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur, adeo ut Divus Severus et Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse. Ex ceteris vero delictis poena incipere ab herede ita demum potest, si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta.

**21.** Papinianus *libro XV. Responsorum.*— Capitis reus, suspenso crimine, causam fisco deferre non prohibetur.

**22.** Idem *libro XVI. Responsorum.* — Alterius provinciae reus apud eos accusatur et damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur; quod etiam in militibus esse observandum, optimi Principes nostri generaliter rescripserunt.

## TIT. III

### DE CUSTODIA ET EXHIBITIONE REORUM

[*Cf. Cod. IX. 3. 4.*]

**1.** Ulpianus *libro II. de officio Proconsulis.*— De custodia reorum Proconsul aestimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis, quod obiicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personae, vel pro dignitate eius, qui accusatur, facere solet.

(1) quam sententiam, *Vulg.*

**17.** Modestino; *Diferencias, libro VI.*— Si el señor defendiera al esclavo en delito capital, se le manda que prometa con fianza estar en juicio.

**18.** El mismo; *Respuestas, libro XVII.* — Amenazando Ticia acusar de falso el testamento de su hermano Cayo, y no habiendo cumplido con las solemnidades de la acusación dentro del tiempo prefijado por el Presidente, declaró de nuevo el Presidente de la provincia, que no podía ella acusar ya de falso el testamento; contra cuyas sentencias Ticia no apeló, pero dijo, que después del tiempo señalado acusaba como nulo el testamento; pregunto, si Ticia, que no apeló de la sentencia del Presidente, podía volver después á la acusación de falsedad. Respondió, que claramente no se exponía nada por lo cual hubiera de ser oida contra la autoridad de la sentencia al ejercitar la acción de falsedad.

**19.** Calistrato; *De las Jurisdicciones, libro V.* —Resolvieron por rescripto los Divinos hermanos, que no debían ser obligados los herederos de los acusadores á proseguir las acusaciones criminales.

§ 1.—También el Divino Adriano resolvió por rescripto, que el acusador no debía ser compelido á acusar á muchos reos.

**20.** Modestino; *De las Penas, libro II.*—En virtud de los delitos de juicios públicos las penas de privación de bienes no pasan á los herederos, de otra suerte, sino si se hubiere contestado la demanda y pronunciado sentencia, excepto en el juicio de cohecho y de lesa majestad, la cual se determinó que se persiguiera aun habiendo fallecido los reos, contra los cuales nada se hizo, á fin de que sus bienes fueran reivindicados para el fisco, de tal suerte, que el Divino Severo y Antonino resolvieron por rescripto, que desde que alguno cometió algún delito de esta naturaleza no pudiera él enajenar nada de sus bienes, ó manumitir. Pero en virtud de los demás delitos la pena puede comenzar desde el heredero, solamente si la acusación fué promovida viviendo el reo, aunque no se hubiera pronunciado la condenación.

**21.** Papiniano; *Respuestas, libro XV.* — Al reo de pena capital no se le prohibe, estando en suspenso la acusación, que delate causa al fisco.

**22.** El mismo; *Respuestas, libro XVI.*—El reo de una provincia es acusado y condenado ante aquellos ante quienes se prueba que se cometió el delito; lo que en general resolvieron por rescripto nuestros óptimos Príncipes, que se debía observar también tratándose de militares.

## TÍTULO III

### DE LA CUSTODIA Y EXHIBICIÓN DE LOS REOS

[*Véase Cód. IX. 3. 4.*]

**1.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro II.* — En cuanto á la custodia de los reos suele estimar el Proconsul, si la persona haya de ser recluida en la carcel, ó haya de ser entregada á los militares, ó encomendada á fiadores, ó aun á ella misma. Mas esto suele hacerlo atendiendo ó á la calidad del delito que se imputa, ó á la honorabilidad, ó á las muy grandes facultades, ó á la inocencia de la persona, ó á la dignidad del que es acusado.

(2) Idem, *Hal.*

**2.** Papinianus *libro I. de Adulteriis.*—Si servus capitali crimine postuletur, lege publicorum cavetur, ut sistendum vel ab extero satisdato promittatur; quodsi non defendatur, in vincula publica coniici iubetur, ut ex vinculis causam dicat.

§ 1.—Solet itaque tractari, an postea domino permittendum sit, oblata satisdatione servum suum vinculis liberare. Dubitationem auget Edictum Domitiani, quo cautum est, abolitiones ex Senatusconsulto factas ad huiusmodi servos non pertinere; nam et lex ipsa prohibet eum absolvi, priusquam de eo iudicetur. Sed haec interpretatio perdura pernimium severa est in eo, cuius dominus absens fuit, vel quod per inopiam illo momento temporis satisdationem implere non potuit; neque enim pro indefenso derelictus recte dici potest, qui dominum praesentem non habuit, vel habuit paratum defendere, pauperem tamen; quod utique facilius admitti poterit, si non post longum temporis spatium hoc desideretur.

§ 2.—Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur ex Senatusconsulto. Quod in privatis quoque causis (1) et hominibus sub fideiussore factis observatur, nisi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.

**3.** Ulpianus *libro VII. de officio Proconsulis.*—Divus Pius ad epistolam Antiochensium graece rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est, nisi si tam grave scelus admisisse eum constet, ut neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat, verum hanc ipsam carceris poenam ante supplicium sustinere.

**4.** Idem *libro IX. de officio Proconsulis.* — Si quis reum criminis, pro quo satisdedit, non exhibuerit, poena pecuniaria plectitur; puto tamen, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum; sed si neque in cautione, neque in decreto Praesidis certa quantitas comprehensa est, ac ne consuetudo ostenditur, quae certam formam habet, Praeses de modo pecuniae, quae inferri oporteat, statuet.

**5.** Venuleius Saturninus *libro II. de Iudiciis publicis.*—Si confessus fuerit reus, donec de eo pronuntietur, in vincula publica coniiciendus est.

**6.** Marcianus *libro II. de Iudiciis publicis.*—Divus Hadrianus Iulio Secundo (2) ita rescripsit: «Et alias rescriptum est, non esse utique epistolis eorum credendum, qui quasi damnatos ad Praesidem remiserint». Idem de irenarchis praeceptum est, quia non omnes ex fide bona elogia scribere compertum est.

§ 1.—Sed et caput mandatorum extat, quo Divus Pius, quum provinciae Asiae praeerat, sub Edicto proposuit, ut irenarchae, quum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptatoribus, et interrogationes literis inclusas atque obsi-

(1) causis, considérase añadida por antiguos copistas.

**2.** Papiniano; *De los Adulterios, libro I.* — Si un esclavo fuera acusado de delito capital, se previene en la ley de juicios públicos que se prometa que comparecerá, habiéndose dado fianza aunque sea por un extraño; mas si no fuera defendido, se manda que sea recluido en prisiones públicas, para que desde las prisiones defienda su causa.

§ 1.—Y así, se suele discutir si después se le habrá de permitir á su señor que libre de la prisión á su esclavo, habiendo ofrecido fianza. Aumenta la duda el Edicto de Domiciano, en el que se dispuso que las remisiones hechas en virtud del Senadoconsulto no corresponden á estos esclavos; porque también la misma ley prohibe que él sea dejado en libertad antes que sea juzgado. Pero esta durísima interpretación es demasiado severa tratándose de aquel cuyo señor estuvo ausente, ó si por su pobreza no pudo en aquel momento de tiempo prestar la fianza; porque no se puede llamar con razón abandonado como indefenso el que no tuvo á su señor presente, ó el que lo tuvo dispuesto á defenderlo, pero era pobre; lo que ciertamente se podrá admitir con más facilidad, si esto se pretendiera no después de largo espacio de tiempo.

§ 2.—Aquellos, respecto de los que se pidió que fuesen exhibidos, no pueden ser considerados reos en virtud del Senadoconsulto, por causa de otro delito que fué cometido antes. Lo que se observa también en las causas privadas y en cuanto á los hombres constituídos bajo fiador, á no ser que por esto corra riesgo la acción temporal.

**3.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro VII.* — El Divino Pío respondió en griego á una carta de los de Antioquía, que no debía ser puesto en prisión el que está dispuesto á dar fiadores, á no ser que conste que cometió tan grave delito, que no deba ser encomendado ni á fiadores, ni á militares, sino sufrir esta misma pena de carcel antes del suplicio.

**4.** El mismo; *Del Cargo de Proconsul, libro IX.* — Si alguno no exhibiere el reo de un delito, por el cual dió fianza, es castigado con pena pecuniaria; opino, sin embargo, que si no lo exhibiera por dolo, ha de ser también condenado extraordinariamente; mas si ni en la caución, ni en el decreto del Presidente se comprendió una cantidad cierta, y no se indica costumbre que tenga cierta autoridad, el Presidente determinará respecto á la cuantía del dinero que se debe pagar.

**5.** Venuleyo Saturnino; *De los Juicios públicos, libro II.* — Si el reo hubiere confesado, ha de ser puesto en prisiones públicas hasta que respecto de él se sentencie.

**6.** Marciano; *De los Juicios públicos, libro II.* — El Divino Adriano respondió así por rescripto á Julio Segundo: «También otras veces se respondió por rescripto, que no se ha de dar ciertamente crédito á las cartas de los que hubieren remitido como condenados al Presidente». Lo mismo se preceptuó respecto á los irenarcas, porque se ha visto que no todos escriben de buena fe sus relaciones.

§ 1.—Pero hay también un capítulo en los mandatos, en que el Divino Pío dispuso por Edicto, siendo Presidente de la provincia de Asia, que los irenarcas, cuando prendieren á los ladrones, los interrogaran respecto á sus cómplices y encubri-

(2) *Br.;* secundo, *Taur.*

gnatas ad cognitionem magistratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt, etsi per literas missi fuerint, vel etiam per irenarchas perducti. Sic et Divus Pius, et alii Principes rescripserunt, ut etiam de his, qui requirendi adnotati sunt, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quaeratur, si quis erit, qui eum arguat. Et ideo quum quis ἀνάκρισιν [inquisitionem] faceret, iuberi oportet venire irenarchen, et quod scripserit, exsequi, et si diligenter ac fideliter hoc fecerit, collaudandum eum, si parum prudenter, non exquisitis argumentis, simpliciter denotare, irenarchen minus retulisse; sed si quid maligne interrogasse, aut non dicta retulisse pro dictis eum compererit, ut (1) vindicet in exemplum, ne quid et aliud postea tale facere moliatur.

dores, y enviaran á conocimiento del magistrado las preguntas encerradas en cartas y selladas. Así, pues, los que son enviados con relaciones han de ser oidos de nuevo, aunque fueren enviados juntos con cartas, ó también conducidos por los irenarcas. Y así resolvieron también por rescripto el Divino Pío y otros Príncipes, que aun respecto de aquellos, que fueron anotados para ser requeridos, se inquiera no como si fueran condenados, sino como si estuviera íntegro el negocio, si hubiere alguno que lo acuse. Y por esto, cuando alguno haga inquisitoria, se debe mandar que venga el irenarca, y que pruebe lo que hubiere escrito, y si esto lo hubiere hecho con diligencia y fidelidad, debe ser él elogiado, y si con poca prudencia, no con probados argumentos, se debe significar simplemente que el irenarca no relacionó; pero si se descubriere que interrogó sobre alguna cosa con malignidad, ó que relacionó como dicho lo que no se dijo, debe castigarlo para ejemplo, á fin de que no intente hacer después también alguna otra cosa semejante.

**7.** Macer (2) *libro II. de officio Praesidis.* — Solent Praesides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores (3) agere dicuntur, et desiderare, ut cum prosecutoribus ad se remittantur; et id quoque quibusdam Rescriptis declaratur.

**7.** Macer; *Del Cargo de Presidente, libro II.* — Suelen los Presidentes de las provincias, en que se cometió el delito, escribir á sus colegas de allí en donde se dice que viven los autores, y solicitar que les sean remitidos con guardias; y esto se declara también en algunos Rescriptos.

**8.** [**9.**] (4) Paulus *libro singulari de poenis Militum.* — Carceri praepositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam, vel ferrum venenumve in carcerem inferri passus est, officio iudicis puniendus est; si nescit, ob negligentiam removendus est officio.

**8.** [**9.**] Paulo; *De las Penas de los militares, libro único.* — Si el alcaide de la carcel, sobornado por dinero, consintió que el preso estuviera sin grillete, ó que se introdujera arma ó veneno en la carcel, ha de ser condenado por ministerio del juez; y si lo ignora, ha de ser removido de su cargo por su negligencia.

**9.** [**8.**] (5) Venuleius Saturninus *libro I. de officio Proconsulis.* — De militibus ita servatur, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo militabunt (6); is autem, qui exercitum accipit, etiam ius animadvertendi in milites caligatos (7) habet.

**9.** [**8.**] Venuleyo Saturnino; *Del Cargo de Proconsul, libro I.* — En cuanto á los militares se observa, que si hubieren delinquido son remitidos á aquel bajo cuyas órdenes militaren; pero el que recibe el mando de un ejército tiene el derecho de castigar también á los soldados rasos.

**10.** Idem *libro II. de officio Proconsulis.* — Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat (8), mandatis ita cavetur: «Si quos ex his, qui in civitatibus sunt, celeriter et sine causa solutos a magistratibus cognoveris, vinciri iubebis, et his, qui solverint, multam dices; nam quum scierint sibi quoque molestiae futurum magistratus (9), si facile solverint vinctos, non indifferenter de cetero facient».

**10.** El mismo; *Del Cargo de Proconsul, libro II.* — A fin de que nadie deje en libertad sin causa al preso de que se encargó, se dispone así en los mandatos: «Si supieres que algunos de los que están en las ciudades fueron dejados libres precipitadamente y sin causa por los magistrados, mandarás que sean reducidos á prisión, y les impondrás una multa á los que los hubieren soltado; porque sabiendo los magistrados que también para ellos habrá molestia. si fácilmente hubieren soltado á los presos, no lo harán indiferentemente otra vez».

**11.** Celsus *libro XXXVII. Digestorum.* — Non est dubium, quin, cuiuscunque est provinciae homo, qui ex custodia producitur, cognoscere debeat is, qui ei provinciae praeest, in qua provincia agitur.

§ 1.—Illud a quibusdam observari solet, ut, quum cognovit et constituit (10), remittat illum cum elogio ad eum, qui provinciae praeest, unde is homo est; quod ex causa faciendum est.

**11.** Celso; *Digesto, libro XXXVII.* — No es dudoso, que de cualquier provincia que sea el hombre, que es sacado de la prisión, debe conocer de ello el que es Presidente de la provincia en que se ventila el caso.

§ 1.—Se suele practicar por algunos, que, cuando conoció del caso y resolvió, lo remite con una relación al que es Presidente de la provincia de donde es aquel hombre; lo que se ha de hacer en virtud de causa.

(1) ut, *omitela Vulg.*
(2) Marcellus, *Vulg.*
(3) fautores, *el códice citado por Br.*
(4) *Hal. Vulg. posponen este fragmento.*
(5) *Hal. Vulg. anteponen este fragmento.*
(6) militabant, *Hal. Vulg.*

(7) *Hal.:* calligatos, *Taur. según corrección del códice Fl.;* calligator, *la escritura original, Br.*
(8) *Hal. Vulg.;* demittat, *el códice Fl.*
(9) magistratum, *Hal.*
(10) constitit, *Hal.*

**12.** Callistratus *libro V. de Cognitionibus.*— Milites si amiserint custodias, ipsi in periculum deducuntur; nam Divus Hadrianus Statilio Secundo legato rescripsit, quoties custodia (1) militibus evaserit, exquiri oportere, utrum nimia negligentia militum evaserit, an casu, et utrum unus ex pluribus, an una plures; et ita demum afficiendos supplicio milites, quibus custodiae evaserint, si culpa eorum nimia deprehendatur, alioquin pro modo culpae in eos statuendum. Salvio quoque legato Aquitaniae idem Princeps rescripsit, in eum, qui custodiam dimisit, aut ita sciens habuit, ut possit custodia evadere, animadvertendum; si tamen per vinum (2), aut desidiam custodis id evenerit, castigandum eum, et in deteriorem militiam dare; si vero fortuito amiserit, nihil in eum statuendum.

**12.** Calistrato; *De las Jurisdicciones, libro V.*— Si los militares hubieren perdido los presos, incurren ellos en responsabilidad; porque el Divino Adriano respondió por rescripto al legado Statilio Segundo, que siempre que un preso se hubiere escapado de los soldados, se debía inquirir si se había evadido por demasiada negligencia de los militares, ó por casualidad, y si uno solo de muchos, ó muchos juntos; y que se debía castigar con suplicio á los soldados á quienes se les hubieren escapado los presos, solamente si se descubriera demasiada culpa en ellos, pues en otro caso se habría de determinar contra ellos con arreglo á su culpa. El mismo Príncipe respondió por rescripto también á Salvio, legado de Aquitania, que se debía castigar al que dejó escapar al preso, ó al que á sabiendas lo tuvo de modo que el preso pudiera evadirse; pero que si esto hubiere acontecido ó por embriaguez, ó por desidia del guardia, había de ser éste castigado, y destinado á peor servicio en la milicia; y que si lo hubiere perdido fortuitamente, no se ha de resolver nada contra él.

§ 1.—Si paganos evaserit custodia (3), idem puto exquirendum, quod circa militum personas explorandum retuli.

§ 1.—Si el preso se le escapare á paisanos, opino que se ha de inquirir lo mismo, que he dicho se ha de investigar respecto á las personas de los militares.

**13.** Idem (4) *libro VI. de Cognitionibus.*— In eos, qui, quum recepti essent in carcerem, conspiraverint, ut ruptis vinculis et effracto carcere evadant, amplius quam causa, ex qua recepti sunt, reposcit, constituendum est; quamvis innocentes inveniantur ex eo crimine, propter quod impacti sunt in carcerem (5), tamen puniendi sunt; eos vero, qui conspirationem eorum detexerint, relevandos.

**13.** El mismo; *De las Jurisdicciones, libro VI.* — Contra los que cuando hubiesen sido recluidos en la carcel conspiraren para evadirse rompiendo las cadenas y quebrantando la carcel, se ha de resolver con más rigor que el que requiere la causa por la que fueron presos; y aunque sean hallados inocentes del delito por el cual fueron puestos en la carcel, han de ser, sin embargo, castigados; pero han de ser puestos en libertad los que hubieren descubierto la conspiración de ellos.

**14.** Herennius Modestinus (6) *libro IV. de Poenis.* — Non est facile tironi custodia credenda, nam ea prodita is culpae reus est, qui eam ei commisit.

§ 1.—Nec uni, sed duobus custodia committenda est.

§ 2.—Qui si negligentia amiserint, pro modo culpae vel castigantur, vel militiam mutant; quodsi levis persona custodiae fuit, castigati restituuntur. Nam si miseratione custodiam quis miserit (7), militiam mutat, fraudulenter autem si fuerit versatus in dimittenda custodia, vel capite punitur, vel in extremum gradum militiae datur. Interdum venia datur, nam quum custodia cum altero custode simul fugisset, alteri venia data est.

§ 3.—Sed si se custodia interfecerit vel praecipitaverit, militi culpae adscribitur, id est castigabitur.

§ 4.—Quodsi ipse custos custodiam interfecerit, homicidii reus est.

§ 5.—Ergo si casu custodia defuncta dicatur, testationibus id probandum est, et sic venia dabitur.

§ 6.—Solet praeterea amissa culpa custodia, si tamen intersit eam apprehendi, tempus causa cognita militi dari ad eam requirendam, applicito ei alio milite.

§ 7.—Quodsi fugitivum domino reddendum pro-

**14.** Herennio Modestino; *De las Penas, libro IV.*— No se le ha de confiar fácilmente custodia al soldado bisoño, porque, desatendida aquélla, es reo de culpa el que se la encomendó.

§ 1.—Y no ha de ser encomendada á uno solo, sino á dos.

§ 2.—Y si por negligencia hubieren perdido los presos, ó son castigados según su culpa, ó cambian de milicia; pero si estuvo presa persona de baja condición, son restituídos después de castigados. Porque si por conmiseración hubiere uno dejado ir al preso, cambia de milicia, pero si se hubiere conducido con fraude al deja ir al preso, ó es condenado á muerte, ó es reducido al último grado de la milicia. A veces se concede perdón, porque cuando un preso hubiere huido junto con un guardia, se le concede perdón al otro.

§ 3.—Pero si el preso se hubiere suicidado, ó arrojado por un precipicio, esto es atribuído á culpa del soldado, es decir, que éste será castigado.

§ 4.—Mas si el mismo guardia hubiere matado al preso, es reo de homicidio.

§ 5.—Luego si se dijera que el preso falleció por caso fortuito, esto se ha de probar con testigos, y así se concederá exención de pena.

§ 6.—Además de esto, habiéndose escapado por culpa del guardia un preso, si importara que fuese capturado, se le suele dar con conocimiento de causa tiempo al soldado para buscarlo, agregándosele otro soldado.

§ 7.—Mas si hubiere dejado ir á un esclavo fu-

(1) *Taur. según la escritura original;* custodiam, *la corrección del códice Fl., Br.*
(2) vitium, *Vulg.*
(3) Si paganus evaserit custodiam, *Hal.*
(4) Ulpianus, *Hal.*
(5) *Hal. Vulg.:* carcere, *el códice Fl.*
(6) Terentius Clemens, *Hal.*
(7) dimiserit, *al márgen interior del códice Fl.*

diderit (1), si facultates habeat, domino pretium reddere iuberi, Saturninus probat.

## TIT. IV

### AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS
[*Cf. Cod. IX. 8.*]

**1.** Ulpianus *libro VII. de officio Proconsulis.*— Proximum sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur.

§ 1.—Maiestatis autem crimen illud est, quod adversus populum Romanum, vel adversus securitatem eius committitur; quo tenetur is, cuius opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu Principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibusve in Urbe sint, conveniantve adversus Rempublicam, locave occupentur, vel templa, quove coetus conventusve fiat, hominesve ad seditionem convocentur, cuiusve opera, consilio, dolo (2) malo consilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani, quive imperium potestatemve habet, occidatur, quove quis contra Rempublicam arma ferat, quive hostibus populi Romani nuntium, literasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo, quo hostes populi Romani consilio iuventur adversus Rempublicam, quive milites sollicitaverit, concitaveritve, quo seditio, tumultusve adversus Rempublicam fiat,

**2.** Idem *libro VIII. Disputationum.* — quive de provincia, quum ei successum esset, non discessit, aut qui exercitum deseruit, vel privatus ad hostes perfugit, quive sciens falsum conscripsit, vel recitaverit in tabulis publicis; nam et hoc capite primo lege maiestatis enumeratur.

**3.** Marcianus *libro XIV. Institutionum.* — Lex duodecim tabularum iubet, eum, qui hostem concitaverit, quive civem (3) hosti tradiderit, capite puniri. Lex autem Iulia maiestatis praecipit, eum, qui maiestatem publicam laeserit, teneri, qualis est ille, qui in bellis cesserit, aut arcem deseruerit (4), aut castra concesserit. Eadem lege tenetur, et qui iniussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive, quum ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradidit, quive imperium, exercitumve populi Romani deseruerit, quive privatus pro potestate magistratuve quid sciens dolo malo gesserit, quive quid eorum, quae supra scripta sunt, facere curaverit,

**4.** Scaevola *libro IV. Regularum.* — cuiusque dolo malo iureiurando quis adactus est, quo adversus rempublicam faciat, cuiusve dolo malo exercitus populi Romani in insidias deductus, hostibusve proditus erit, factumve dolo malo cuius dicitur, quominus hostes in potestatem (5) populi Romani veniant, cuiusve opera dolo malo hostes populi Ro-

(1) perdiderit, *Hal. Vulg.*
(2) dolo, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(3) opem, *Vulg.*

gitivo que debía ser entregado á su dueño, aprueba Saturnino, que, si tuviera bienes, se le mande entregar su precio al dueño.

## TÍTULO IV

### SOBRE LA LEY JULIA RELATIVA Á LA MAJESTAD
[*Véase Cód. IX. 8.*]

**1.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro VII.*— El delito que se dice de majestad es próximo al sacrilegio.

§ 1.—Mas es delito de majestad el que se comete contra el pueblo romano, ó contra su seguridad; del cual es responsable aquel por cuya obra y dolo malo se hubiere formado designio para que sin orden del Príncipe se vayan los rehenes, para que haya en Roma hombres armados con dardos ó piedras, y se reunan contra la república, ó se ocupen lugares, ó templos, ó se verifiquen juntas ó reuniones, ó se convoquen hombres para una sedición; ó aquel por cuya obra, consejo, ó dolo malo se hubiere formado designio para que sea muerto un magistrado del pueblo romano, ó el que tiene imperio ó potestad, ó para que alguno lleve armas contra la república; ó el que hubiere enviado mensajero, ó carta, á los enemigos del pueblo romano, ó hubiere dado una señal, ó hubiere obrado con dolo malo, para que los enemigos del pueblo romano sean favorecidos en su designio contra la república; ó el que hubiere solicitado, ó concitado, á los militares, para que se haga sedición, ó tumulto contra la república,

**2.** El mismo; *Disputas, libro VIII.* — ó el que no se fué de la provincia cuando se le hubiese dado sucesor, ó el que desertó del ejército, ó como particular se pasó á los enemigos, ó el que á sabiendas escribió, ó leyó, una falsedad en escrituras públicas; porque también esto se halla enumerado en el primer capítulo de la ley sobre la majestad.

**3.** Marciano; *Instituta, libro XIV.* — Manda la ley de las Doce Tablas, que sea condenado á muerte el que hubiere concitado al enemigo, ó el que hubiere entregado un ciudadano al enemigo. Pero preceptúa la ley Julia sobre la majestad, que sea responsable el que ofendiere la pública majestad, como es el que hubiere huido en la batalla, ó hubiere abandonado una fortaleza, ó entregado campamentos. A la misma ley está sujeto también el que sin orden del Príncipe hubiere hecho la guerra, ó hecho leva, ó reunido ejército, ó el que cuando se le hubiese dado sucesor en una provincia no le entregó el ejército á su sucesor, ó el que hubiere desertado del imperio ó del ejército del pueblo romano, ó el particular que á sabiendas hubiere obrado con dolo malo como ejerciendo potestad ó magistratura, ó el que hubiere procurado hacer alguna de las cosas que arriba quedan escritas,

**4.** Scévola; *Reglas, libro IV.*—ó aquel por cuyo dolo malo uno se comprometió con juramento á hacer algo contra la república, ó por cuyo dolo malo fué llevado á una emboscada el ejército del pueblo romano, ó fué entregado á los enemigos, ó por cuyo dolo malo se dice que se hizo que los enemigos no cayeran en poder del pueblo romano, ó por cuya

(4) *Según nuestra conjetura;* tenuerit, *el códice Fl.;* hostemve arcere tenuerit, *Hal.*
(5) *Hal. Vulg.;* potestate, *el códice Fl.*

mani commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adiuti erunt, utve ex amicis hostes populi Romani fiant, cuiusve dolo malo factum erit, quo rex exterae nationis populo Romano minus obtemperet, cuiusve opera dolo malo factum erit, quo magis obsides, pecunia, iumenta hostibus populi Romani dentur adversus Rempublicam; item, qui confessum in iudicio reum, et propter hoc in vincula coniectum emiserit.

§ 1.—Hoc crimine liberatus est a Senatu, qui statuas Imperatoris reprobatas conflaverit.

**5.** MARCIANUS (1) *libro V. Regularum.* — Non contrahit crimen maiestatis, qui statuas Caesaris vetustate corruptas reficit.

§ 1.—Nec qui lapide iactato incerto, fortuito statuam attigerit, crimen maiestatis commisit; et ita Severus et Antoninus Iulio Cassiano (2) rescripserunt.

§ 2.—Iidem (3) Pontio rescripserunt, non videri contra maiestatem fieri ob imagines Caesaris nondum consecratas venditas.

**6.** VENULEIUS SATURNINUS *libro II. de Iudiciis publicis.* — Qui statuas aut imagines Imperatoris iam consecratas conflaverint, aliudve quid simile admiserint, lege Iulia maiestatis tenentur.

**7.** MODESTINUS *libro XII. Pandectarum.* — Famosi, qui ius accusandi non habent, sine ulla dubitatione admittuntur ad hanc accusationem.

§ 1.—Sed et milites, qui causas alias defendere non possunt; nam qui pro pace excubant, magis (4) ad hanc accusationem admittendi sunt.

§ 2.—Servi quoque deferentes audiuntur, et quidem dominos suos, et liberti patronos.

§ 3.—Hoc tamen crimen a iudicibus non in occasionem (5) ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate; nam et personam spectandam esse, an potuerit facere, et an ante quid fecerit, et an cogitaverit, et an sanae mentis fuerit; nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum est; quamquam enim temerarii digni poena sint, tamen ut insanis illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est.

§ 4.—Crimen (6) maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites.

**8.** PAPINIANUS *libro XIII. Responsorum.* — In quaestionibus laesae maiestatis etiam mulieres audiuntur; coniurationem denique Sergii (7) Catillinae Iulia (8) mulier detexit; et Marcum Tullium Consulem indicium eius (9) instruxit.

**9.** HERMOGENIANUS (10) *libro V. iuris Epitoma-*

(1) Marcellus, *Hal.*
(2) Cassio, *Vulg.*
(3) *Hal. Vulg.*; Idem, *el códice Fl.*
(4) *Hal.*; magisque, *inserta el códice Fl.*
(5) occasione, *Hal. Vulg.*
(6) Crimine, *Hal. Vulg.*

obra ó dolo malo los enemigos del pueblo romano fueren auxiliados con provisiones, armas, dardos, caballos, dinero, ú otra cualquiera cosa, ó para que de amigos se hagan enemigos del pueblo romano, ó por cuyo dolo malo se hubiere hecho que el rey de una nación extraña no preste obediencia al pueblo romano, ó por cuya obra se hubiere hecho con dolo malo que á los enemigos del pueblo romano se les den rehenes, dinero y caballerías contra la república; asimismo, el que hubiere dejado ir al reo que confesó en juicio, y que por ello fué puesto en prisión.

§ 1.—De este delito quedó exento por el Senado el que hubiere deshecho las estátuas de un Emperador reprobadas.

**5.** MARCIANO; *Reglas, libro V.* — No comete delito de lesa majestad el que rehace las estátuas de un César deterioradas por el tiempo.

§ 1.—Tampoco cometió delito de lesa majestad el que habiendo tirado una piedra sin objeto cierto hubiere por casualidad tocado la estátua; y así respondieron por rescripto Severo y Antonino á Julio Cassiano.

§ 2.—Los mismos respondieron por rescripto á Poncio, que no se considera que se obraba contra la majestad vendiendo imágenes del César todavía no consagradas.

**6.** VENULEYO SATURNINO; *De los Juicios públicos, libro II.* — Los que hubieren deshecho estátuas ó imágenes del Emperador ya consagradas, ó hubieren hecho alguna otra cosa semejante, están sujetos á la ley Julia sobre la majestad.

**7.** MODESTINO; *Pandectas, libro XII.* — Los infames, los cuales no tienen derecho para acusar, son sin duda alguna admitidos á esta acusación.

§ 1.—Mas también los militares, los cuales no pueden defender otras causas; porque los que velan por la paz, han de ser con más razón admitidos á esta acusación.

§ 2.—También son oidos los esclavos que delatan aun á sus señores, y los libertos que á sus patronos.

§ 3.—Mas la acusación de este delito no ha de ser admitida por los jueces ocasionalmente por veneración á la majestad del Príncipe, sino con verdad; porque se ha de atender á si la persona lo haya podido cometer, y á si antes haya hecho alguna cosa, y á si lo haya pensado, y á si estuviere en su cabal juicio; y tampoco ha de ser fácilmente sujetada á la pena una ligereza de lengua; porque aunque sean dignos de pena los temerarios, se les ha de perdonar, sin embargo, como á locos, si el delito no fuera tal, que ó esté definido en el texto de la ley, ó haya de ser castigado por analogía de la ley.

§ 4.—El delito de lesa majestad por hecho, ó por violación de las estátuas, ó de las imágenes, se agrava mucho más tratándose de militares.

**8.** PAPINIANO; *Respuestas, libro XIII.* — En las cuestiones de lesa majestad son oidas también las mujeres; al fin, una mujer, llamada Julia, descubrió la conjuración de Sergio Catalina; y el indicio de ella instruyó al consul Marco Tulio.

**9.** HERMOGENIANO; *Epitome del Derecho, libro V.*

(7) Lucii, *Hal. Vulg.*
(8) Iulia, *considérase aquí palabra sospechosa;* Fulvia, *Hal. Vulg.*
(9) indicio suo, *Hal.*
(10) Venuleius, *Hal.*

*rum.* — Eorum, qui maiestatis crimine damnati sunt, libertorum bona liberis damnatorum conservari, Divus Severus decrevit, et tunc demum fisco vindicari, si nemo damnati liberorum existat.

10. Idem *libro VI. iuris Epitomarum.*—Maiestatis crimine accusari potest, cuius ope, consilio, dolo malo provincia, vel civitas hostibus prodita est.

11. Ulpianus *libro VIII. Disputationum.* — Is, qui in reatu decedit, integri status decedit; extinguitur enim crimen mortalitate, nisi forte quis maiestatis reus fuit, nam hoc crimine (1), nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur. Plane non quisque legis Iuliae maiestatis reus est, in eadem conditione est, sed qui perduellionis reus est, hostiii animo adversus rempublicam vel Principem animatus; ceterum si quis ex alia causa legis Iuliae maiestatis reus sit, morte crimine liberatur.

— El Divino Severo decretó, que á los hijos de los que fueron condenados por delito de lesa majestad se les conservaran los bienes de los libertos de los condenados, y que solamente fueran reivindicados para el fisco, si no hubiera ningún descendiente del condenado.

10. El mismo; *Epitome del Derecho, libro VI.* — Puede ser acusado de delito de lesa majestad aquel por cuyo auxilio, consejo, ó dolo malo fué entregada á los enemigos una provincia, ó una ciudad.

11. Ulpiano; *Disputas, libro VIII.* — El que murió en condición de reo, falleció con su estado íntegro; porque el delito se extingue con la muerte, á no ser acaso que alguno haya sido reo de lesa majestad, porque en este delito, si no se purgara por sus sucesores, la herencia es reivindicada para el fisco. Mas ciertamente no todo el que es reo de lesa majestad por la ley Julia se halla en la misma condición, sino el que es reo de lesa majestad, estando animado de intención hostil contra la república ó el Príncipe; pero si alguno fuera por otra causa reo de lesa majestad por la ley Julia, se exime del delito con la muerte.

## TIT. V

### AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS COERCENDIS (2)

[*Cf. Cod. IX. 9.*]

1. Ulpianus *libro I. de Adulteriis.*—Haec ex lata est a Divo Augusto.

2. Idem *libro VIII. Disputationum.* — Ex lege Iulia servatur, ut, cui necesse est ab adultero incipere, quia mulier ante denuntiationem nupsit, non alias ad mulierem possit pervenire, nisi reum peregerit; peregisse autem non alias quis videtur, nisi et condemnaverit.

§ 1.—Marito iure mariti accusanti illa praescriptio obiicitur: «si (3) legem prodidisse dicatur ob hoc, quod aggressus accusationem adulterii (4) destitit».

§ 2.—Lenocinii quidem crimen lege Iulia de adulteriis (5) praescriptum est, quum sit in eum (6) maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris suae quid ceperit; item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit.

§ 3.—Ceterum qui patitur uxorem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminationi non indignatur, poena adulterum non infligitur (7).

§ 4.—Qui hoc dicit, lenocinio mariti se fecisse, relevare quidem vult crimen suum, sed non est huiusmodi compensatio admissa; ideo si maritum velit reus adulterii lenocinii reum facere, semel delatus non audietur.

§ 5.—Si publico iudicio maritus uxorem ream faciat, an lenocinii allegatio repellat maritum ab accusatione? Et putem, non repellere; lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem excusat.

§ 6.—Unde quaeri potest, an is, qui de adulterio

## TÍTULO V

### SOBRE LA LEY JULIA PARA LA REPRESIÓN DE LOS ADULTERIOS

[*Véase Cód. IX. 9.*]

1. Ulpiano; *De los Adulterios, libro I.*— Esta ley fué promulgada por el Divino Augusto.

2. El mismo; *Disputas, libro VIII.* — En virtud de la ley Julia se observa, que el que tiene necesidad de comenzar por el adúltero, porque la mujer se casó antes de la denuncia, no pueda llegar á la mujer de otro modo, sino si hubiere terminado con el reo; mas no se considera que uno terminó con él de otra suerte, sino si también lo hubiere condenado.

§ 1.—Al marido, que acusa con derecho de marido, se le opone esta excepción: «si se dijera que infringió la ley por esto, porque habiendo entablado la acusación de adulterio, desistió de ella».

§ 2.—Por la ley Julia sobre los adulterios se estableció ciertamente el delito de lenocinio, porque se fijó pena contra el marido, que hubiere recibido alguna cosa por el adulterio de su mujer; y también contra el que retuviere á la sorprendida en adulterio.

§ 3.—Por lo demás, el que consiente que delinca su mujer, ó menosprecia su matrimonio, y el que no se indigna por la mancillación, no castiga con pena al adúltero.

§ 4.—El que dice que cometió el adulterio por lenocinio del marido, quiere ciertamente excusar su delito, pero no se admitió semejante compensación; por lo tanto, si el reo de adulterio quisiera hacer reo de lenocinio al marido, una vez que él haya sido delatado, no será oído.

§ 5.—Si en juicio público el marido hiciera reo á su mujer, ¿repelerá al marido de la acusación la alegación de lenocinio? Y yo opinaría que no lo repele; así, pues, el lenocinio del marido lo hace á él culpable, pero no excusa á la mujer.

§ 6.—Por lo cual se puede preguntar, si el que

(1) *Taur. según la escritura original;* crimen, *la corrección del códice Fl.*
(2) et stupro, *adicionan Hal. Vulg.*
(3) non, *insertan Hal. Vulg.*
(4) accusare, *inserta Vulg.*
(5) *Hal.;* adulteris, *el códice Fl.*
(6) *Taur. según la escritura original;* eundem, *la corrección del códice Fl., Br.*
(7) affligit, *Hal.*

cognoscit, statuere in maritum ob lenocinium possit. Et puto posse. Nam Claudius Gorgus (1) vir clarissimus uxorem accusans, quum detectus esset (2), uxorem in adulterio deprehensam retinuisse, et sine accusatore lenocinio (3) damnatus est a Divo Severo.

§ 7.—Extraneus autem nequaquam lenocinium obiiciens, posteaquam reus factus est, se relevabit, nec maritum poenae subiiciet.

§ 8.—Si simul ad accusationem veniant maritus et pater mulieris, quem praeferri oporteat, quaeritur. Et magis est, ut maritus praeferatur; nam et propensiore ira (4), et maiore dolore executurum eum accusationem credendum est, in tantum, ut, etsi pater praevenerit, et libellos inscriptionum (5) deposuerit, marito non negligente nec retardante, sed accusationem parante et probationibus instituente (6) atque muniente, ut facilius iudicantibus (7) de adulterio probetur, idem sit (8) dicendum.

§ 9.—Sed et quoties alii, qui post maritum et patrem accusare possunt, ad accusandum prosiliunt, lege expressum est, ut is, cuius de ea re notio est, de iusto accusatore constituat.

**3.** Idem *libro II. de Adulteriis* (9). — Nisi igitur pater maritum infamem aut arguat, aut doceat, colludere magis cum uxore, quam ex animo accusare, postponetur marito.

**4.** Idem *libro VIII. Disputationum.*— Si maritus praevenerit accusareque instituerit, tempora non cedunt patri, quo (10) accusationem instituere non potest, sic tamen, ut, quoad unus occupet, utrique tempora cedant, ubi vero maritus occupavit, residua tempora ei, qui occupare non potest, non cedant. Quod et in eo dici potest, qui ab adultero vel adultera coepit; nam adversus eum, adversus quem non coepit, desinunt ei tempora cedere. Haec in maritis et patribus dicta sunt.

§ 1.—Extraneis autem, qui accusare possunt, accusandi facultas post maritum et patrem conceditur; nam post sexaginta dies, quatuor menses extraneis dantur, et ipsi utiles (11).

§ 2.—Si ante extraneus instituerit accusationem, an superveniente marito permittatur accusatio, quaeritur. Et magis arbitror, hoc quoque casu maritum audiendum, si non negligentia praeventus est. Et ideo, et si accusatione instituta absoluta sit mulier extraneo accusante, tamen marito debet permitti restaurare (12) accusationem, si idoneas causas allegare possit, quibus impeditus non instituit accusationem.

**5.** Iulianus *libro LXXXVI. Digestorum.* — Nuptam mihi adulterii ream postulari posse in priore matrimonio commissi, dubium non est, quum aper-

conoce del adulterio podrá resolver contra el marido por causa de lenocinio. Y opino que puede. Porque habiéndose descubierto que Claudio Gorgo, varón muy esclarecido, que acusaba á su mujer, retuvo á su mujer que había sido sorprendida en adulterio, fué condenado por lenocinio por el Divino Severo, aun sin haber acusador.

§ 7.—Mas después que un extraño fué hecho reo, de ninguna manera se excusará acriminando lenocinio, ni sujetará á la pena al marido.

§ 8.—Si el marido y el padre de la mujer se presentaran al mismo tiempo á acusar, se pregunta, cuál deberá ser preferido. Y es mejor que sea preferido el marido; porque es de creer que con más justificada ira y mayor dolor haya de formalizar él la acusación, tanto, que, aunque el padre se hubiere anticipado, y hubiere presentado los libelos de la acusación, no descuidándola ni retardándola el marido, sino por estar éste preparando la acusación y formalizándola y robusteciéndola con pruebas, para probar ante los juzgadores más fácilmente el adulterio, se habrá de decir lo mismo.

§ 9.—Pero siempre que otros, que pueden acusar después que el marido y el padre, se lanzan á acusar, se expresó en la ley que determine sobre quién sea legítimo acusador aquel á quien compete el conocimiento de este negocio.

**3.** El mismo; *De los Adulterios, libro II.* — Así, pues, á no ser que el padre acuse como infame al marido, ó pruebe que más bien hace colusión con su mujer, que no que la acusa con intención, será pospuesto al marido.

**4.** El mismo; *Disputas, libro VIII.* — Si el marido se hubiere anticipado y hubiere determinado acusar, no corre para el padre el término, porque no puede entablar la acusación, pero esto así, de suerte que hasta que uno lo comience á utilizar corra el término para ambos, pero cuando el marido lo comenzó á utilizar, no corra el restante tiempo para que el que no puede utilizarlo. Lo que se puede decir también en cuanto al que comenzó por el adúltero ó la adúltera; porque deja de correr para él el término contra aquel contra quien no empezó. Esto se dijo respecto á los maridos y á los padres.

§ 1.—Mas á los extraños que pueden acusar se les concede facultad para acusar después que el marido y el padre; porque después de los sesenta días se les da á los extraños cuatro meses, también útiles.

§ 2.—Si un extraño hubiere entablado antes la acusación, se pregunta, si presentándose el marido se permitirá la acusación. Y más bien creo, que también en este caso ha de ser oido el marido, si otro no se le anticipó por su negligencia. Y por lo tanto, aunque entablada la acusación haya sido absuelta la mujer acusándola un extraño, esto no obstante, se le debe permitir al marido renovar la acusación, si pudiera alegar causas abonadas, por las que impedido no entabló la acusación.

**5.** Juliano; *Digesto, libro LXXXVI.* — No hay duda que la casada conmigo puede ser acusada como reo de adulterio cometido en matrimonio an-

(1) Gordius, *las Bas.;* Gorgonius, *Vulg.*
(2) *Hal. Vulg.;* est, *el códice Fl.*
(3) lenocinii, *Hal. Vulg.*
(4) *Taur. según la escritura original;* iure, *la corrección del códice Fl., Br*
(5) inscriptionis, *Hal.*
(6) instruente, *Hal.;* insistente, *el códice citado por Geb.*
(7) *Taur.;* indicantibus, *el códice Fl., Br.*
(8) *Hal. Vulg.;* erit, *el códice Fl.*
(9) *Según nuestra enmienda;* Adulteris, *el códice Fl.*
(10) *Esto es,* eo quod; *Taur. según la escritura original;* qui, *la corrección del códice Fl., Br.;* quia, *Hal. Vulg.*
(11) et ipsi utiles, *omítelas Hal.*
(12) instaurare, *Hal.*

te lege Iulia de adulteriis coërcendis caveatur, si quidem vidua sit, de cuius adulterio agetur, ut accusator liberum arbitrium habeat, adulterum, an adulteram prius accusare malit, si vero nupta sit, ut prius adulterum peragat, tunc (1) mulierem.

**6**. Papinianus *libro I. de Adulteriis* (2). — Inter liberas tantum personas adulterium stuprumve passas lex Iulia locum habet; quod autem ad servas pertinet, et legis Aquiliae actio facile tenebit, et iniuriarum quoque competit; nec erit deneganda praetoria quoque actio de servo corrupto; nec propter plures actiones parcendum erit in huiusmodi crimine reo.

§ 1.—Lex stuprum et adulterium promiscue et καταχρηστικώτερον *[abusive aliquantum]* appellat; sed proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine, stuprum vero in virginem viduamve committitur, quod Graeci φθορὰν *[corruptionem]* appellant.

§ 2.—Filiusfamiliae maritus ab eo, qui sui iuris est, in ea lege non separatur. Divus quoque Hadrianus Rosiano (3) Gemino rescripsit, et invito patre filium hac lege reum facere posse (4).

§ 3.—Maritus, etsi duo (5) reos ex alio crimine habeat, poterit iure viri tertium accusare, quoniam ea causa non cedit in numerum ceterarum (6).

**7**. Marcianus (7) *libro X. Institutionum*. — Qui pupillam suam duxit uxorem contra Senatusconsultum, nec matrimonium est hoc, et potest adulterii accusari, qui tutor vel (8) curator fuit, et infra (9) vicesimum sextum (10) annum duxit uxorem non a patre desponsam, vel destinatam, vel testamento denominatam.

§ 1.—In libro secundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: incesti commune crimen adversus duos simul intentari potest.

**8**. Papinianus *libro II. de Adulteriis* (11). — Qui domum suam, ut stuprum adulteriumve cum aliena matrefamilias, vel cum masculo fieret, sciens praebuerit, vel quaestum ex adulterio uxoris suae fecerit, cuiuscunque sit conditionis, quasi adulter punitur.

§ 1.—Appellatione domus habitationem quoque (12) significari, palam est.

**9**. Ulpianus *libro IV. de Adulteriis*.—Et si amici quis domum praebuisset, tenetur.

§ 1.—Sed et si quis in agro balneove (13) stuprum fieri praebuisset, comprehendi debet.

§ 2.—Sed et si in domum aliquam soliti fuerint convenire ad tractandum de adulterio, etsi eo loci

terior, porque claramente se dispone en la ley Julia sobre la represión de los adulterios, si verdaderamente fuera una viuda de cuyo adulterio se tratara, que el acusador tenga libre arbitrio para acusar primero, si quisiera, al adúltero ó á la adúltera, y que si fuera una casada, concluya la acusación primeramente contra el adúltero, y luego contra la mujer.

**6**. Papiniano; *De los Adulterios, libro I*.—La ley Julia tiene lugar solamente respecto á las personas libres que sufrieron adulterio ó estupro; mas por lo que se refiere á las esclavas, subsistirá fácilmente la acción de la ley Aquilia, y compete también la de injurias; y tampoco se habrá de denegar la acción pretoria de corrupción de esclavo; y porque haya varias acciones no se le habrá de perdonar al reo de semejante delito.

§ 1.—La ley menciona promíscua y un tanto abusivamente el estupro y el adulterio; pero propiamente se comete adulterio en mujer casada, habiéndose formado la palabra por razón de parto concebido de otro, mas en doncella ó en viuda se comete estupro, que los griegos llaman φθορὰν *[corrupción]*.

§ 2.—El marido, hijo de familia, no es en esta ley separado del que es de propio derecho. También el Divino Adriano respondió por rescripto á Rosiano Gemino, que aun contra la voluntad del padre puede por esta ley el hijo acusar como reo á otro.

§ 3.—El marido, aunque tenga á dos acusados como reos de otro delito, podrá á título de marido acusar á un tercero, porque esta causa no va comprendida en el número de las demás.

**7**. Marciano; *Instituta, libro X*. — Si contra el Senadoconsulto tomó uno por mujer á su pupila, éste no es matrimonio, y puede ser acusado de adulterio el que fué su tutor ó curador, y la tomó por mujer antes de los veintiseis años, no habiendo sido prometida, ó destinada, ó nombrada como esposa por el padre en el testamento.

§ 1.—En el libro segundo de los adulterios, de Papiniano, observa Marcelo: la acusación común de incesto puede ser intentada contra los dos al mismo tiempo.

**8**. Papiniano; *De los Adulterios, libro II*.—El que á sabiendas hubiere facilitado su casa, para que se cometiera estupro ó adulterio con una madre de familia, que era de otro, ó con un varón, ó realizare ganancia con el adulterio de su propia mujer, es castigado, de cualquier condición que sea, como adúltero.

§ 1.—Es evidente que con la denominación de casa se significa también la habitación.

**9**. Ulpiano; *De los Adulterios, libro IV*. — También, si alguien hubiese facilitado la casa de un amigo, será responsable.

§ 1.—Mas también debe ser comprendido, si uno hubiese facilitado que se cometa estupro en un campo ó en un baño.

§ 2.—Pero también si hubieren acostumbrado á reunirse en alguna casa para tratar de adulterio,

---

(1) prius ad adulterum pergat, tunc ad mulierem. *Hal.*
(2) *Véase la página 734., nota 9.*
(3) Rosciano, *Hal.*
(4) posse, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(5) duos, *Hal. Vulg.*
(6) *Taur. según la escritura original;* ceterorum, *la corrección del códice Fl., Br.*
(7) Marcellus, *Vulg.*

(8) *Según corrección del códice Fl.;* et *por* vel. *Taur. según la escritura original, Br.*
(9) intra, *al márgen interior del códice Fl.*
(10) quintum, *las Bas., pero véase Sch. s. t. (T. VII. p. 644.)*
(11) *Véase la página 734., nota 9.*
(12) quamque, *Vulg.*
(13) suo alienove *por* balneove, *Hal.*

nihil fuerit admissum, veruntamen videtur is domum suam, ut stuprum adulteriumve committeretur, praebuisse, quia (1) sine colloquio illo adulterium non committeretur.

10. Papinianus *libro II. de Adulteriis.* — Mater autem familias significatur non tantum nupta, sed etiam vidua.

§ 1.—Mulieres quoque hoc capite legis, quod domum praebuerunt, vel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur.

§ 2.—Mulier, quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecerit, aut operas suas in scenam locavit, adulterii accusari damnarique ex Senatusconsulto potest.

11. Idem *libro singulari de Adulteriis* (2). — Miles, qui cum adultero uxoris suae pactus est, solvi sacramento deportarique debet.

§ 1.—Militem, qui sororis filiam in contubernio habuit, licet non in matrimonium, adulterii poena teneri rectius dicetur.

§ 2.—Ea, quae inter reas adulterii recepta esset, absens defendi non potest.

§ 3.—Socer, quum nurum adulterii accusaturum se libellis Praesidi datis testatus fuisset, maluit (3) accusatione desistere, et lucrum ex dote magis petere; quaeritur, an huiusmodi (4) commentum eius admitti existimes. Respondit: turpissimo exemplo is, qui nurum suam accusare instituisset, postea desistere maluit, contentus lucrum ex dote retinere, tanquam culpa mulieris diremto matrimonio; quare non inique repelletur, qui commodum dotis vindictae domus suae praeponere non erubuit.

§ 4.—Adulterii reum intra quinque annos continuos a die criminis admissi, defuncta quoque muliere, postulari posse palam est.

§ 5.—Quidam accusare volebat adulterii mulierem, et postulabat, ne sibi computarentur dies, quos in custodiam fecisset (5); me hoc admittente extitit, qui mihi contradiceret; cuius opinionem an tu probes, rogo maturius mihi scribas. Respondit: opinionem tuam et verba legis, et sententia adiuvant, cui placuit, utiles dies accusatori computandos esse, id est, quibus potuit accusationis solennia implere; quare sine dubio dies, quibus quis in custodia fuit, extra computationem utilium dierum existimanti tibi constitutos contradici non debuit.

§ 6.—Sexaginta dies, qui marito accusante utiles computantur, feriatis quoque diebus, si modo facultatem Praesidis adeundi accusator habuit, numerari certum est, quoniam de plano quoque libellus dari potest; quod privilegium si amisit, non prohibetur intra alios quatuor menses querelam suam apud iudicem deferre.

§ 7.—Quaerebatur, an iure mariti possit accusare vir eam feminam, quae, quum ei desponsa fuisset, alii in matrimonium a patre fuisset tradita. Respondit: novam rem instituere huiusmodi accusatorem existimo, qui adulterii crimen obiicere

(1) *Taur. al márgen;* qua, *en el texto.*
(2) *Véase la página 734., nota 9.*
(3) *Taur. según la escritura original;* ab, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*

aunque en este lugar no se hubiere cometido ninguno, se considera, sin embargo, que éste prestó su casa para que se cometiera estupro ó adulterio, porque sin aquel coloquio no se habría cometido el adulterio.

10. Papiniano; *De los Adulterios, libro II.*—Mas se dice madre de familia no solamente á la casada, sino también á la viuda.

§ 1.—Por este capítulo de la ley son responsables también las mujeres, porque hubieron facilitado casa, ó porque recibieron alguna cosa por el estupro que se descubrió.

§ 2.—La mujer que para evitar la pena de adulterio hubiere cometido lenocinio, ó arrendó sus servicios para el teatro, puede ser acusada y condenada por adulterio en virtud de un Senadoconsulto.

11. El mismo; *De los Adulterios, libro único.*—El militar, que pactó con el adúltero de su mujer, debe ser desligado de su juramento y deportado.

§ 1.—Con más razón se dirá que está sujeto á la pena de adulterio el militar que tuvo en contubernio, aunque no en matrimonio, á la hija de su hermana.

§ 2.—La que fué contada entre las reos de adulterio, no puede ser defendida estando ausente.

§ 3.—Un suegro, habiendo manifestado, entregando los libelos al Presidente, que quería acusar de adulterio á su nuera, prefirió desistir de la acusación, y pedir el lucro de la dote; se pregunta, si crees que se admita semejante ficción suya. Respondió: es de muy torpe ejemplo que el que hubiese determinado acusar á su nuera haya preferido después desistir, contentándose con retener el lucro de la dote, como si el matrimonio se hubiese disuelto por culpa de la mujer; por lo cual, no sin justicia será repelido el que no se ruborizó en anteponer el beneficio de la dote á la vindicta de su propia casa.

§ 4.—Es evidente, que el reo de adulterio puede ser acusado dentro de cinco años continuados desde el día en que se cometió el delito, aun habiendo fallecido la mujer.

§ 5.—Uno quería acusar de adulterio á su mujer, y pedía que no se le computasen los días que había estado preso; habiéndole yo admitido esto, hubo quien me contradijo; te ruego que reflexivamente me escribas si tú apruebas la opinión de éste. Respondió: así la letra como el espíritu de la ley favorecen tu opinión, pues aquella quiso que al acusador se le hubieran de computar días útiles, esto es, aquellos en los que pudo llenar las formalidades de la acusación; por lo cual, sin duda que no se te debió contradecir al estimar tú que los días que uno estuvo preso se hallaban fuera de la computación de los días útiles.

§ 6.—Es cierto que los sesenta días útiles, que se le computan al marido para acusar, se cuentan también con los días feriados, si el acusador tuvo posibilidad de dirigirse al Presidente, porque el libelo puede ser presentado también de plano; y si perdió este privilegio, no se le prohibe que deduzca su querella ante el juez dentro de otros cuatro meses.

§ 7.—Se preguntaba, si con el derecho de marido podría un hombre acusar á la mujer, que, habiéndose desposado con él, hubiese sido dada por el padre en matrimonio á otro. Respondió: estimo que plantea una cuestión nueva este acusador, que desea

(4) *Taur. según el códice Fl., que dice* huiuscmodi, *Br.*
(5) in custodia fuisset, *Hal. Vulg.*

desiderat propter hoc tantum, quod priori sibi desponsa puella a patre in matrimonium alii fuerit tradita.

§ 8.—Defuncto marito adulterii rea mulier postulatur.

§ 9.—Quae propter impuberem filium vult, dilationem ab accusatore impetrare, an debeat audiri? Respondi: non videtur mihi confugere ea mulier ad iustam defensionem, quae aetatem filii praetendit ad eludendam (1) legitimam accusationem; nam non utique crimen adulterii, quod mulieri obiicitur, infanti praeiudicat, quum possit et illa adultera esse, et impubes defunctum patrem habuisse.

§ 10.—Volenti mihi ream adulterii postulare eam, quae post commissum adulterium in eodem matrimonio perseveraverit, contradictum est; quaero, an iuste responsum sit. Respondit: ignorare non debuisti, durante eo matrimonio, in quo adulterium dicitur esse commissum, non posse mulierem ream adulterii fieri, sed nec adulterum interim accusari (2) posse.

§ 11.—Licet ei mulier, qui in suspicionem (3) adulterii incidit, nupsisse dicatur, non ante accusari poterit, quam adulter fuerit convictus; alioquin ad hoc vel maxime viri confugient, volentes bene concordatum sequens matrimonium dirimere, ut dicant, cum adultero mulierem nuptias contraxisse.

§ 12.—Mulier, quum absentem virum audiisset vita functum esse, alii se iunxit, mox maritus reversus est; quaero, quid adversus eam mulierem statuendum sit. Respondit, tam iuris, quam facti quaestionem moveri; nam, si longo tempore transacto sine ullius stupri probatione falsis rumoribus inducta, quasi soluta priore vinculo, legitimis nuptiis secundis iuncta est, quod verisimile est, deceptam eam fuisse, nihil vindicta dignum videri potest; quodsi ficta mariti mors argumentum faciendis nuptiis probabitur praestitisse, quum hoc facto pudicitia laboret (4), vindicari (5) debet pro admissi criminis qualitate.

§ 13.—Ream adulterii uxorem duxi; eam damnatam mox repudiavi; quaero, an causam discidii praestitisse videor? Respondit: quum per legem Iuliam huiusmodi uxorem retinere prohibearis, non videri causam te discidii praestitisse, palam est; quare ita ius tractabitur, quasi culpa mulieris facto divortio.

**12.** ULPIANUS *libro I.* (6) *de Adulteriis.* — Haec verba legis: NE QUIS POSTHAC STUPRUM, ADULTERIUM FACITO SCIENS DOLO MALO, et ad eum, qui suasit, et ad eum, qui stuprum vel adulterium intulit, pertinent.

**13.** IDEM *libro II. de Adulteriis* (7). — Si uxor non fuerit in adulterio, concubina tamen fuit, iure quidem mariti accusare eam non poterit, quae uxor non fuit; iure tamen extranei accusationem instituere non prohibebitur, si modo ea sit, quae in concubinatum (8) se dando matronae nomen non amisit, utputa quae patroni concubina fuit.

imputar el delito de adulterio solamente porque la doncella desposada antes con él hubiere sido dada por su padre á otro en matrimonio.

§ 8.—Fallecido el marido, la mujer puede ser acusada de adulterio.

§ 9.—¿Debe ser oida la que por razón de tener un hijo impúbero quiere impetrar del acusado dilación? Respondí: no me parece que se ampara en legítima defensa la mujer que alega la edad de su hijo para eludir legítima acusación; porque ciertamente que el delito de adulterio, que se le imputa á la mujer, no le perjudica al que está en la infancia, porque puede ser ella adúltera, y haber tenido el impúbero como padre al difunto.

§ 10.—Se me contradijo al querer yo acusar como á reo de adulterio á la que después de cometido el adulterio continuó en el mismo matrimonio; pregunto, si se me respondió con justicia. Respondió: no debiste ignorar, que, durante el matrimonio en que se dice que se cometió el adulterio, no podía la mujer ser hecha reo de adulterio, y que entretanto tampoco podía ser acusado el adúltero.

§ 11.—Aunque se diga que la mujer se casó con el que incurrió en sospecha de adulterio, no podrá ser acusada antes que haya sido convicto el adúltero; de otra suerte, los maridos recurrirían principalmente á esto, al querer disolver el siguiente matrimonio bien armonizado, diciendo que la mujer contrajo nupcias con el adúltero.

§ 12.—Una mujer, habiendo oido que había fallecido su marido que estaba ausente, se casó con otro, y después volvió el marido; pregunto, qué se habrá de determinar contra esta mujer. Respondió, que se promovía una cuestión tanto de derecho, como de hecho; porque si habiendo transcurrido largo tiempo sin que se haya probado estupro alguno, inducida por falsos rumores, como desligada del primer vínculo se casó en segundas legítimas nupcias, como quiera que es verosímil que haya sido engañada, puede considerarse que no hay nada digno de castigo; pero si se probara que la fingida muerte del marido dió pretexto para celebrar las nupcias, como con este hecho padece su honestidad, debe ser castigada según la calidad de su delito.

§ 13.—Tomé por mujer á una reo de adulterio; condenada ella después la repudié; pregunto, ¿se considera que dí causa para el divorcio? Respondió: como por la ley Julia te está prohibido retener á esta mujer, es evidente que no se considera que diste causa para el divorcio; por lo cual el derecho se determinará del mismo modo que si se hubiese hecho el divorcio por culpa de la mujer.

**12.** ULPIANO; *De los Adulterios, libro I.* — Estas palabras de la ley: «En lo sucesivo no cometa nadie «á sabiendas, con dolo malo, estupro ó adulterio», se refieren así al que lo aconsejó, como al que cometió el estupro ó el adulterio.

**13.** EL MISMO; *De los Adulterios, libro II.* — Si la mujer no hubiere cometido adulterio, sino que fué concubina, ciertamente que no podrá uno acusar con derecho de marido á la que no fué su mujer; pero no se le prohibirá que con el derecho de un extraño entable la acusación, si ella fuera tal, que dándose en concubinato no perdió el nombre de matrona, por ejemplo, la que fué concubina de su patrono.

(1) elidendam, *Hal.*
(2) *Hal. Vulg.*; accusare, *el códice Fl.*
(3) *Hal. Vulg.*; suspicione, *el códice Fl.*
(4) *Hal. Vulg.*; laboretur, *el códice Fl.*
(5) *Hal. Vulg.*; vindicare, *el códice Fl.*

(7) *Br. considera* I. *añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.*
(8) *Véase la página 734., nota 9.*
(8) *Hal. Vulg.*; concubinatu, *el códice Fl.*

§ 1.—Plane sive iusta uxor fuit, sive iniusta, accusationem instituere vir (1) poterit; nam et Sextus Caecilius ait: haec lex ad omnia matrimonia pertinet; et illud Homericum affert: «nec enim soli» (2), inquit, «Atridae uxores suas amant (3),

Οὐ (4) μοῦνοι (5) φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
'Ατρεῖδαι (6).

§ 2.—Sed et in ea uxore potest maritus adulterium vindicare, quae vulgaris fuerit, quamvis, si vidua esset, impune in ea stuprum committeretur.

§ 3.—Divi Severus et Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonii violare permittitur.

§ 4.—Sed et si ea sit mulier, cum qua incestum commissum est, vel ea, quae, quamvis uxoris animo haberetur, uxor tamen esse non potest, dicendum est, iure mariti accusare eam non posse, iure extranei posse.

§ 5.—Iudex adulterii ante oculos habere debet, et inquirere, an maritus pudice vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit; periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat; quae res potest et virum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosque communicare.

§ 6.—Si quis uxorem suam velit accusare, dicatque eam adulterium commisisse, antequam sibi nuberet, iure viri accusationem instituere non poterit, quia non, quum ei nupta est, adulterium commisit. Quod et in concubina dici potest, quam uxorem quis postea habuit, vel in filiafamilias, cuius coniunctioni pater postea concessit (7).

§ 7.—Si quis plane uxorem suam, quum apud hostes esset, adulterium commisisse arguat, benignius dicetur, posse eum accusare iure viri; sed ita demum adulterium maritus vindicabit, si vim hostium passa non esset; ceterum quae vim patitur, non est in ea causa, ut adulterii vel stupri damnetur.

§ 8.—Si minor duodecim annis in domum deducta adulterium commiserit, mox apud eum aetatem excesserit, coeperitque esse uxor, non poterit iure viri accusari ex eo adulterio, quod ante aetatem nupta (8) commisit, sed vel quasi sponsa poterit accusari ex Rescripto Divi Severi, quod supra relatum est.

§ 9.—Sed et si qua repudiata mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito, videndum est, an ex delicto, quod in priore matrimonio admisit, accusari possit. Et puto non posse; abolevit enim prioris matrimonii delicta reducendo eam.

§ 10.—Idem dicendum est, si stupri velit accusare eam, quam postea duxit uxorem; sero enim accusat mores, quos uxorem ducendo probavit.

**14**. Scaevola *libro IV. Regularum*. — Is, cuius

§ 1.—Mas ya si fué mujer legítima, ya si ilegítima, podrá el marido entablar la acusación; porque también Sexto Cecilio dice: esta ley se refiere á todos los matrimonios; y cita aquel verso de Homero, que dice: «Pues no solos los Atridas aman á sus mujeres».

§ 2.—Mas el marido puede vindicar el adulterio también en aquella mujer que fuere del vulgo, aunque, si fuese viuda, impunemente se cometería en ella el estupro.

§ 3.—Los Divinos Severo y Antonino respondieron por rescripto, que también esto mismo se ha de vindicar tratándose de la esposa, porque no está permitido violar un matrimonio cualquiera, ni la esperanza de matrimonio.

§ 4.—Pero si la mujer fuera una con la que se cometió incesto, ó una que, aunque fuese tenida con afecto de mujer propia, no puede, sin embargo, ser mujer, se ha de decir, que no puede acusarla con el derecho de marido, pero que puede con el derecho que un extraño.

§ 5.—El juez del adulterio debe tener presente, é inquirir, si el marido, viviendo púdicamente, procuró también que la mujer cultivase las buenas costumbres; porque parece que es muy injusto que el marido le exija á la mujer honestidad, de que él mismo no dé muestras; lo cual puede condenar también al marido, sin que la cosa se haga común á ambos por la compensación de mútuo delito.

§ 6.—Si alguno quisiera acusar á su propia mujer, y dijera que ella cometió adulterio antes que se casara con él, no podrá entablar la acusación con derecho de marido, porque no cometió el adulterio cuando estaba casada con él. Lo que se puede decir también respecto á la concubina, que uno tuvo después como mujer, ó en cuanto á la hija de familia, cuya unión concedió después el padre.

§ 7.—Ciertamente que si alguno acusara á su mujer por haber cometido adulterio cuando estaba en poder de los enemigos, se dirá por benignidad que puede él acusarla con derecho de marido; pero el marido vengará el adulterio, solamente si ella no hubiese sufrido violencia de los enemigos; mas la que sufre violencia no está en el caso de que sea condenada por adulterio ó estupro.

§ 8.—Si la menor de doce años que uno había llevado á su casa hubiere cometido adulterio, y después hubiere pasado de esta edad estando en poder de él, y hubiere comenzado á ser su mujer, no podrá ser acusada con derecho de marido por el adulterio que cometió estando casada antes de la edad, pero podrá ser acusada como esposa en virtud del rescripto del Divino Severo, que antes se mencionó.

§ 9.—Pero si una repudiada fuese tomada después otra vez por mujer, no como durando el mismo matrimonio, sino como si se hubiera celebrado otro, se ha de ver, si podrá ser acusada por el delito que cometió en el primer matrimonio. Y opino que no puede serlo; porque el marido extinguió los delitos del primer matrimonio volviéndola á tomar por mujer.

§ 10.—Lo mismo se ha de decir, si quisiera acusar de estupro á la que después tomó por mujer; porque tardíamente acusa las costumbres que aprobó tomándola por mujer.

**14**. Scévola; *Reglas, libro IV*.—Aquel por cuyo

(1) vir, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(2) *Súplase:* diversi vocorum hominum.
(3) nec enim — amant, *omítelas Hal.*
(4) Ἦ, *Hal.*
(5) *Hal.; μόνοι, el códice Fl.*
(6) *Taur.;* 'Ατρίδαι, *el códice Fl., Br.*
(7) consensit, *Hal.*
(8) quod in minore aetate, antequam nupta esset, *Hal. Vulg.*

ope, consilio, dolo malo factum est, ut vir feminave in adulterio deprehensi (1) pecunia aliave qua pactione se redimerent, eadem poena damnatur, quae constituta est in eos, qui lenocinii crimine damnantur.

§ 1.—Si vir infamandae uxoris suae causâ adulterum subiecerit, ut ipse deprehenderet (2), et vir, et mulier adulterii crimine tenentur ex Senatusconsulto de ea re facto.

§ 2.—Marito primum, vel patri eam filiam, quam in potestate habet, intra dies sexaginta divortii accusare permittitur, nec ulli alii in (3) id tempus agendi potestas datur, ultra eos dies neutrius voluntas exspectatur.

§ 3.—Iure mariti qui accusant, calumniae periculum non evitant.

**15**. Ulpianus *libro II. de Adulteriis* (4). — Si maritus sit in magistratu, potest praeveniri a patre, atquin non oportet; et putat Pomponius debere dici, quoad maritus magistratum gerit, patris quoque accusationem impediendam (5), ne praeripiatur marito ius, quod cum eo aequale habet; igitur non cedent sexaginta dies patri, quum accusare non potest.

§ 1.—Legis Iuliae de adulteriis capite septimo ita cavetur: NE QUIS INTER REOS REFERAT EUM, QUI TUM SINE DETRECTATIONE REIPUBLICAE CAUSA ABERIT; neque enim aequum visum est, absentem reipublicae causa inter reos referri, dum reipublicae operatur.

§ 2.—Necessario adiicitur: «sine detrectatione»; ceterum si quis evitandi criminis (6) id egit, ut reipublicae causa abesset, nihil illi commentum hoc proficiat.

§ 3.—Quodsi quis praesens sit, vice tamen absentis habetur, utputa qui in vigilibus (7) vel urbanis castris militat, dicendum est, deferri hunc posse; neque enim laborare habet, ut se repraesentet.

§ 4.—Et generaliter dicendum est, eorum demum absentiam excusatam esse, qui in alia provincia reipublicae causa absunt, quam in ea, in qua deferuntur. Proinde si quis in provincia, in qua agit, adulterium commiserit, accusari poterit, nisi sit ea persona, quae ad Praesidis cognitionem non pertinet.

§ 5.—Si negaverint se pater et maritus accusaturos intra diem sexagesimum, an statim incipiant tempora extraneo cedere? Et primus Pomponius putat, admitti ad accusationem extraneum posse statim atque isti (8) negaverint; cui assentiendum puto; fortius enim dicitur, eum, qui se (9) negaverit acturum, postea non audiendum.

§ 6.—Lex Iulia de adulteriis specialiter quosdam adulterii accusare prohibet, ut minorem annis viginti quinque; nec enim visus est idoneus accusator, qui nondum robustae aetatis est. Quod ita ve-

auxilio, ó consejo, se hizo con dolo malo que el marido ó la mujer sorprendidos en adulterio se redimiesen por dinero ó con algún otro pacto, es condenado á la misma pena que se estableció contra los que son condenados por el delito de lenocinio.

§ 1.—Si para infamar á su mujer hubiere el marido introducido al adúltero, para sorprenderlo él mismo, así el marido como la mujer son responsables del delito de adulterio en virtud del Senadoconsulto dado sobre este particular.

§ 2.—Primeramente se le permite al marido acusar á la mujer, ó al padre, si ella es hija á la que tiene bajo su potestad, dentro de los sesenta días del divorcio, y á ningún otro se le da facultad para acusarla dentro de este tiempo, y transcurridos estos días no se espera á la voluntad del uno ni del otro.

§ 3.—Los que acusan con derecho de marido no evitan la responsabilidad de su calumnia.

**15**. Ulpiano; *De los Adulterios, libro II.* — Si el marido se hallara en la magistratura, puede ser precedido por el padre, aunque no es conveniente; y opina Pomponio, que se debe decir, que mientras el marido desempeña la magistratura se ha de impedir también la acusación del padre, para que no se le arrebate al marido el derecho igual que tiene con él; así, pues, no correrán para el padre los sesenta días, cuando no puede acusar.

§ 1.—En el capítulo séptimo de la ley Julia sobre los adulterios se dispone así: «Nadie comprenda »entre los reos al que sin fraude estuviere á la sa»zón ausente por causa de la república»; porque no pareció justo que el ausente por causa de la república fuera comprendido entre los reos mientras sirve á la república.

§ 2.—Por necesidad se añade: «sin fraude»; pero si para evitar la acusación criminal hizo de modo que estuviese ausente por causa de la república, de nada le aprovechará esta ficción.

§ 3.—Pero si alguno estuviera presente, mas es tenido como ausente, por ejemplo, el que milita entre los vigilantes ó en las milicias urbanas, se ha de decir, que puede ser delatado; porque no tiene que sufrir molestia para presentarse.

§ 4.—Y en general se ha de decir, que solamente se excusó la ausencia de los que por causa de la república están ausentes en otra provincia distinta de aquella en que son delatados. Por consiguiente, si alguno hubiere cometido adulterio en la provincia en que vive, podrá ser acusado, á no ser que sea persona que no esté sujeta á la jurisdicción del Presidente.

§ 5.—Si el padre y el marido dijeren que ellos no acusarán dentro de los sesenta días, ¿comenzará á correr desde luego el término para un extraño? Y Pomponio es el primero que piensa que el extraño puede ser admitido á la acusación inmediatamente que aquéllos hubieren dicho que no acusarían; á lo cual creo que se ha de asentir; porque con más razón se dice que el que hubiere manifestado que no ejercitará la acción no ha de ser oido después.

§ 6.—La ley Julia sobre los adulterios prohibe especialmente que algunos acusen de adulterio, por ejemplo, el menor de veinticinco años; porque no fué considerado acusador idóneo el que no es

(1) *Según corrección del códice Fl.*; deprehensa, *Taur. según la escritura original, Br.*
(2) *Hal. Vulg.*; deprehenderit, *el códice Fl.*
(3) intra, *al márgen interior del códice Fl.*
(4) *Taur. según la escritura original;* Adulteris, *la corrección del códice Fl., Br.*
(5) *Hal. Vulg.*; impediendum, *el códice Fl.*

(6) *Taur. según la escritura original;* causa, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(7) villis, *Vulg.*
(8) *Taur. según la escritura original;* si, *la corrección del códice Fl., Br.*
(9) *Taur.*; si, *el códice Fl., Br.*

rum est, si non matrimonii sui iniuriam exsequatur; ceterum si suum matrimonium vindicare velit, quamvis iure extranei ad accusationem veniat, tamen audietur; nec enim ulla praescriptio obiicitur suam iniuriam vindicanti. Sane si iuvenili (1) facilitate ductus, vel etiam fervore aetatis accensus ad accusationem prosilit, accusanti ei non facile calumniae poena irrogabitur. Minorem viginti quinque annis etiam eum accipimus, ut (2) qui vicesimum quintum annum aetatis agit.

de edad completa. Lo que es así verdad, si no persiguiera injuria de su propio matrimonio; pero si quisiera vindicar su matrimonio, aunque vaya á la acusación con el derecho de un extraño, será, sin embargo, oído; porque no se le opone ninguna excepción al que vindica su propia injuria. Mas si llevado por su ligereza juvenil, ó también si acalorado por el ardimiento de la edad se lanzó á la acusación, no se le impondrá fácilmente al acusar él la pena de calumnia. Entendemos que es menor de veinticinco años también el que se halla en el vigésimo quinto año de su edad.

§ 7.—Praescriptiones, quae obiici solent accusantibus adulterii, ante solent tractari, quam quis inter reos recipiatur; ceterum posteaquam semel receptus est, non potest praescriptionem obiicere.

§ 7.—Las excepciones, que se suelen oponer á los que acusan de adulterio, se suelen discutir antes que alguien sea admitido entre los reos; pero después que ya una vez fué admitido no puede oponer excepción.

§ 8.—Si in viduitate mulier perseverat, in accusatoris est arbitrio, a quo velit incipere, utrum ab adultero, an ab adultera.

§ 8.—Si la mujer persevera en la viudedad, está al arbitrio del acusador comenzar por el que quiera, ó por el adúltero, ó por la adúltera.

§ 9.—Si quis et adulterum, et adulteram simul detulit, nihil agit, poteritque, quasi neutrum detulerit, rursus, a quo velit, initium facere, quia nihil agit prima delatione.

§ 9.—Si alguno delató al mismo tiempo al adúltero y á la adúltera, no hace nada, y podrá, como si no hubiere delatado á ninguno de los dos, comenzar de nuevo por el que quiera, porque nada hace con la primera delación.

**16.** Idem *libro I. de Adulteriis.* — Qui uxori repudium miserit, potest ei (3) denuntiare, ne Seio nuberet; et si denuntiaverit, et ab ea incipere potest.

**16.** El mismo; *De los Adulterios, libro I.*—El que le hubiere enviado el repudio á la mujer, puede denunciarle á ésta que no se case con Seyo; y si se lo hubiere denunciado, puede comenzar también por ella.

**17.** Idem *libro II. ad legem Iuliam de Adulteriis.* —Denuntiasse, qualiter accipiamus, utrum ad iudicem, an vero simpliciter? Ego, et si non denuntiavit ad iudicem, sufficere credo, si adulterii se acturum denuntiaverit.

**17.** El mismo; *Comentarios á la ley Julia sobre los Adulterios, libro II.*— ¿De qué modo entenderemos que denunció, acaso ante el juez, ó simplemente? Yo creo que basta también si no denunció ante el juez, si hubiere denunciado que él acusará de adulterio.

§ 1.—Quid ergo, si non quidem denuntiavit, verum libellos accusatorios dedit, antequam nuberet, eaque quum id cognovisset, nupsit vel (4) ignorans? Puto, non videri ei denuntiatum, idcirco non posse accusatorem ab ea incipere.

§ 1.—Luego ¿qué se dirá, si ciertamente no denunció, pero dió los libelos acusatorios, antes que ella se casara, y ella se casó sabiéndolo ó ignorándolo? Opino, que no se considera que á ella se le hizo denuncia, y que, por lo tanto, no puede el acusador comenzar por ella.

§ 2.—Quid ergo, si tantum denuntiavit, ne nuberet, sed non addidit quare, num recte nupsisse videatur? Sed melius est illud sequi, ut eius denuntiatio videatur electionem accusatori reservare, qui crimen denuntiavit; omnino igitur si fecit adulterii criminis commemorationem in denuntiatione, etsi iudicem non monstravit, magis putamus mulierem, quasi denuntiationem (5) praecesserit, posse accusari.

§ 2.—¿Qué se dirá, pues, si solamente le denunció que no se casara, pero no añadió por qué? ¿Se considera acaso que se casó bien? Pero es mejor atenerse á que se considera que su denuncia le reserva la elección al acusador, que denunció el delito; así, pues, en todo caso si hizo en la denuncia mención del delito de adulterio, aunque no haya designado el juez, creemos más bien que puede ser acusada la mujer, como si hubiere hecho preceder la denuncia.

§ 3.—Quid tamen, si specialiter, cum quo adulterium fecerit, denuntiatione complexus est (6), mox velit eam ex alterius persona accusare? Magis est, ut non debeat audiri, neque enim crimen, quod denuntiavit, obiicit.

§ 3.—¿Mas qué se dirá, si en la denuncia se comprendió especialmente á aquel con quien hubiere cometido adulterio, y después quisiera acusarla por razón de la persona de otro? Es más cierto que no deberá ser oído, porque tampoco imputa el delito que denunció.

§ 4.—Sed etsi per procuratorem denuntiaverit, puto posse eum accusationem, si velit, instituere, sufficereque procuratoris denuntiationem.

§ 4.—Mas aunque hubiere denunciado por medio de procurador, opino que puede él entablar la acusación si quisiera, y que basta la denuncia del procurador.

§ 5.—Ergo etsi per actores denuntiaverit, id est, per servum dominus denuntiaverit, rata erit denuntiatio.

§ 5.—Luego aunque hubiere hecho la denuncia por medio de agentes, esto es, si el señor hubiere hecho la denuncia por medio de un esclavo, la denuncia será válida.

(1) *Hal. Vulg.;* iuvenali, *el códice Fl.*
(2) ut, *considérase aquí palabra superflua.*
(3) *Según conjetura Br.;* ea, *el códice Fl.*
(4) nupsitne, *Hal.*

(5) denunciatio, *Hal.*
(6) *Taur. según el códice Fl., en el que se lee* denunciationicomplexest, *Br.*

§ 6.—Quaeritur, an alius adulteram, alius adulterum postulare possit, ut, quamvis ab eodem ambo simul postulari non possint, a diversis tamen singuli possint. Sed non ab re est hoc probare, diversos accusatores admitti posse, dum, si ante denuntiationem nupserit, prior mulier accusari non possit. Exspectabit igitur mulier sententiam de adultero latam; si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultra accusari potest; si condemnatus fuerit, mulier (1) non est condemnata, sed aget causam suam; fortassis et obtinere vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio possit. Quid enim, si adulter inimicitiis oppressus est, vel falsis argumentis, testibusque subornatis apud Praesidem gravatus, qui aut noluit, aut non potuit provocare, mulier vero iudicem religiosum sortita, pudicitiam suam defendet?

§ 7.—Sed si antequam condemnetur,

**18.** Macer (2) *libro I. de publicis Iudiciis.*— vel antequam cum eo agi coeperit (3),

**19.** Ulpianus *libro II. ad legem Iuliam de Adulteriis* (4).—adulter diem suum obierit, constitutum est, etiam mortuo adultero, sine praescriptione mulierem posse accusari.

§ 1.—Sed etsi non mors, sed poena alia reum subtraxerit, adhuc dicimus, posse ad mulierem veniri.

§ 2.—Si eo tempore, quo eligebatur reus, adultera nupta non fuit, quo autem absolvatur, nupta invenitur, dicendum est, hanc absoluto quoque adultero posse accusari, quia eo tempore, quo adulter eligebatur, nupta non fuit.

§ 3.—Nupta non potest accusari non tantum ab eo, qui adulterum accusavit, nec obtinuit, sed nec ab alio quidem, si adulter absolutus est. Proinde si per collusionem cum adultero constituerit (5), fueritque absolutus, dedit mulieri nuptae adversus omnes securitatem. Plane si nupta esse desierit, accusari poterit; neque enim aliam lex tuetur, quam eam, quae nupta est, quamdiu nupta erit.

**20.** Papinianus (6) *libro I. de Adulteriis.*—Patri datur ius occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet. Itaque nemo alius ex patribus (7) idem iure faciet; sed nec filiusfamilias pater.

**21.** Ulpianus *libro I. de Adulteriis* (8).—Sic eveniet, ut nec pater, nec avus possint occidere; nec immerito, in sua enim potestate non videtur habere, qui non est suae potestatis.

**22.** Papinianus *libro I. de Adulteriis* (9).—Nec in ea lege naturalis ab adoptivo pater separatur.

§ 1.—In accusationem viduae filiae non habet pater ius praecipuum.

§ 2.—Ius occidendi patri conceditur domi suae,

§ 6.—Se pregunta, si uno podría acusar á la adúltera y otro al adúltero, de suerte que aunque los dos no puedan ser acusados simultáneamente por uno mismo, pueda serlo cada uno por otro distinto. Mas no es fuera de propósito aprobar que se pueden admitir diversos acusadores, con tal que, si ella se hubiere casado antes de la denuncia, no pueda ser acusada la mujer la primera. Esperará, pues, la mujer la sentencia proferida respecto al adúltero; si hubiere sido absuelto, la mujer vencerá por medio de él, y no podrá ser acusada después; si hubiere sido condenado, la mujer no es condenada, sino que defenderá su propia causa; y quizá pueda ser vencedora ó por favor, ó por justicia, ó por auxilio de la ley. Porque ¿qué se dirá si el adúltero fué víctima de enemistades, ó de falsas pruebas, y fué gravado ante el Presidente por testigos sobornados, y no quiso ó no pudo apelar, pero la mujer, habiendo tenido un juez concienzudo, defendiere su honestidad?

§ 7.—Mas si antes que fuese condenado,

**18.** Macer; *De los Juicios públicos, libro I.*— ó antes que contra él se hubiere comenzado á ejercitar la acción,

**19.** Ulpiano; *Comentarios á la ley Julia sobre los Adulterios, libro II.*— el adúltero hubiere fallecido, se determinó, que, muerto el adúltero, podía ser acusada la mujer, sin prescripción.

§ 1.—Pero aunque no la muerte, sino otra pena hubiere eximido al reo, todavía decimos, que se puede llegar á acusar á la mujer.

§ 2.—Si al tiempo en que se elegía el reo no estaba casada la adúltera, pero se halla casada en el que es absuelto, se ha de decir, que también absuelto el adúltero puede ser ella acusada, porque no se hallaba casada al tiempo en que era elegido el adúltero.

§ 3.—La casada no puede ser acusada, no solamente por el que acusó al adúltero, y no venció, sino tampoco ciertamente por otro, si el adúltero fué absuelto. Por consiguiente, si por colusión hubiere pactado con el adúltero, y hubiere sido absuelto, le dió seguridad contra todos á la mujer casada. Mas si hubiere dejado de estar casada, podrá ser acusada; porque la ley no ampara á otra sino á la que está casada, mientras estuviere casada.

**20.** Papiniano; *De los Adulterios, libro I.*— Al padre se le da el derecho de matar al adúltero juntamente con la hija, que tiene bajo su potestad. Y así, ningún otro padre hará lo mismo con derecho; pero tampoco el padre hijo de familia.

**21.** Ulpiano; *De los Adulterios, libro I.*— Y así sucederá, que ni el padre, ni el abuelo podrán matar; y no sin razón, porque no se considera que tiene á otro bajo su potestad el que no es de propio derecho.

**22.** Papiniano; *De los Adulterios, libro I.*—Y en esta ley no se separa al padre natural del adoptivo.

§ 1.—Para la acusación de la hija viuda no tiene el padre derecho preferente.

§ 2.—Al padre se le concede el derecho de ma-

(1) per eum, *inserta Vulg.*
(2) Martianus, *Hal.*
(3) potuerit, *Vulg.*
(4) *Véase la página 734., nota 9.*
(5) constiterit, *Vulg.*
(6) Pomponius, *Hal. Vulg.*
(7) parentibus, *Hal. Vulg.*
(8) *Véase la nota 4.*
(9) *Véase la nota 4.*

licet ibi filia non habitat, vel in domo generi. Sed domus et pro domicilio accipienda est, ut in lege Cornelia de iniuriis. (1)

§ 3.—Sed qui occidere potest adulterum, multo magis contumelia poterit iure afficere.

§ 4.—Ideo autem patri, non marito mulierem, et omnem adulterum remissum (2) est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit; ceterum mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrenandus.

**23.** Ulpianus *libro I. de Adulteriis* (3).—Quod ait lex: in (4) filia adulterum deprehenderit, non otiosum videtur; voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio (5) deprehendat. Labeo quoque ita probat; et Pomponius scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi; et hoc est, quod Solo et Draco dicunt: ἐν ἔργῳ *[in opere]*.

§ 1.—Sufficit patri, si eo tempore habeat in potestate, quo occidit, non quo in matrimonio collocavit; finge enim postea redactam in potestate.

§ 2.—Quare non ubicunque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suae generive sui tantum; illa ratio redditur, quod maiorem iniuriam putavit legislator, quod in domum patris aut mariti causa fuerit filia adulterum (6) inducere.

§ 3.—Sed si pater alibi habitet, habeat autem et aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit.

§ 4.—Quod ait lex: in continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reservet, et post dies filiam occidat, vel contra; debet enim prope uno ictu et uno impetu utrumque occidere, aequali ira adversus utrumque sumta; quodsi non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, et interpositis horis apprehensa est a patre, qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse.

**24.** Macer (7) *libro I. Publicorum* (8).—Marito quoque adulterum uxoris suae occidere permittitur; sed non quemlibet, ut patri; nam hac lege cavetur, ut liceat viro deprehensum domi suae, non etiam soceri, in adulterio uxoris occidere eum, qui leno fuerit, quive artem ludicram ante (9) fecerit, in scenam saltandi cantandive causa prodierit, iudiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quive libertus eius mariti, uxorisve patris, matris, filii, filiae, utrius eorum fuerit,—nec interest (10), proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit—, quive servus erit.

§ 1.—Et praecipitur, ut is maritus, qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat.

tar en su propia casa, aunque la hija no habite en ella, ó en la casa de su yerno. Pero casa ha de ser entendida también por domicilio, como en la ley Cornelia sobre las injurias.

§ 3.—Pero el que puede matar al adúltero, con mucha más razón podrá afrentarlo.

§ 4.—Mas al padre, no al marido, se le dispensó que matara á la mujer y á cualquier adúltero, porque las más de las veces la piedad del título de padre toma partido á favor de los hijos; pero se hubo de refrenar el acaloramiento y la impetuosidad del marido que con facilidad se resuelve.

**23.** Ulpiano; *De los Adulterios, libro I.*—Lo que dice la ley: «hubiere sorprendido al adúltero con la »hija», no parece ocioso; porque quiso que al padre le competiese esta potestad, solamente si sorprendiera á la hija en la misma torpeza del adulterio. Así lo aprueba también Labeon; y escribió Pomponio, que fuera muerto el sorprendido en el mismo acto sensual; y esto es lo que dicen Solón y Dracón: en el acto.

§ 1.—Le basta al padre, si la tuviera bajo su potestad al tiempo en que la mató, no en el que la colocó en matrimonio; porque supón que después cayó bajo su potestad.

§ 2.—Por lo cual, no en cualquier parte en que la hubiere sorprendido el padre se le permite á éste matarla, sino solamente en su propia casa ó en la de su yerno; y se da esta razón, porque el legislador consideró mayor injuria que la hija se hubiese atrevido á introducir al adúltero en la casa del padre ó del marido.

§ 3.—Pero si el padre habitara en otra parte, mas tuviera también otra casa en la que no habitara, no podrá matar á la hija habiéndola sorprendido allí donde no habita.

§ 4.—Lo que dice la ley: «mate inmediatamente »á la hija», habrá de ser entendido de modo, que habiendo matado hoy al adúltero, no aplace, y mate á la hija después de algunos días, ó al contrario; porque debe matar á ambos casi con un mismo golpe y con el mismo ímpetu, poseído de igual ira contra ambos; pero si no lo procuró con cuidado, sino que mientras mata al adúltero huye la hija, y pasadas algunas horas fué cogida por el padre que la perseguía, se considerará que la mató inmediatamennte.

**24.** Macer; *De los Juicios públicos, libro I.*—También al marido se le permite matar al adúltero de su mujer; pero no á cualquiera que sea, como al padre; porque en esta ley se dispone que le sea lícito al marido matar en su propia casa, no también en la del suegro, al que fué sorprendido en adulterio con su mujer, que fuere alcahuete, ó hubiere ejercitado antes arte cómica, ó se hubiere dado á la escena para saltar ó cantar, ó hubiere sido condenado en juicio público y no hubiere sido restituído por completo, ó el que hubiere sido liberto de su marido ó de la mujer de su padre, ó de la madre, del hijo, de la hija, ó de ambos,—y no importa que sea propio de uno de ellos ó común con otro—, ó el que fuere esclavo.

§ 1.—Y se prescribe que el marido, que hubiere matado á alguno de éstos, abandone sin demora á la mujer.

(1) *Véase el fr. 5. § 2. D. de iniur. XLVII. 10.*
(2) **permissum,** *Hal. Vulg.*
(3) *Véase la página 739., nota 4.*
(4) cum *por* in, *Vulg.*
(5) **cum adultero,** *Hal.*
(6) *Hal. Vulg.;* **adultum,** *el códice Fl.*

(7) **Martianus,** *Vulg.*
(8) *Taur. según la escritura original;* **Iudiciorum,** *adiciona la corrección del códice Fl., Br.*
(9) **ante,** *omítenla Hal. Vulg.*
(10) **interesse,** *Hal.*

§ 2.—Ceterum sui iuris, an filiusfamilias sit maritus, nihil interest, a plerisque dictum est.

§ 3.—Illud in utroque ex sententia legis quaeritur, an patri magistratum occidere liceat; item si filia ignominiosa sit, aut uxor contra leges nupta, an id ius nihilominus pater maritusve habeat; et quid si pater, maritus, leno, vel aliqua ignominia notatus est? Et rectius dicetur, eos ius occidendi habere, qui iure patris maritive accusare possunt.

**25.** Ulpianus *libro II. ad legem Iuliam de Adulteriis* (1).—Capite quinto legis Iuliae ita cavetur, ut viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas, non plus quam viginti, testandae eius rei causa, sine fraude sua (2) iure liceat.

§ 1.—Ego arbitror, etiam in patre id servandum, quod in marito expressum est.

§ 2.—Sed etsi non in domo sua deprehenderit maritus, poterit retinere.

§ 3.—Sed semel remissus adulter reduci non potest.

§ 4.—Quid ergo si evaserit, an reductus custodiri viginti horis possit? Et putem, hic magis dicendum, reductum retineri posse testandae rei gratia.

§ 5.—Quod adiicitur (3): testandae eius rei gratia, ad hoc pertinet, ut testes inducat testimonio futuros accusatori, deprehensum reum in adulterio.

**26.** Idem *libro III. Disputationum.* — Constante matrimonio ab eo, qui extra maritum ad accusationem admittitur, accusari mulier adulterii non potest; probatam enim a marito uxorem, et quiescens matrimonium non debet alius turbare, atque inquietare, nisi prius lenocinii maritum accusaverit.

§ 1.—Derelictam vero a marito accusationem etiam ab alio excitari utile est.

**27.** Idem *libro III. de Adulteriis* (4). — Si postulaverit accusator, ut quaestio habeatur de servo adulterii accusato (5), sive voluit ipse interesse, sive noluit, iubent iudices eum servum aestimari; et ubi aestimaverint, tantam pecuniam, et alterum tantum (6) eum, qui nomen eius servi detulerit, ei, ad quem ea res pertinet, dare iubebunt.

§ 1.—Sed dispiciamus (7), cui ista poena praestanda sit, quia lex eum nominavit, ad quem ea res pertinebit? Igitur bonae fidei emtorem, quamvis ab eo emerit, qui dominus non est, recte dicemus eum esse, ad quem ea res pertinet.

§ 2.—Eum quoque, qui pignori accepit, magis admittimus in eadem causa esse, scilicet quia interérat eius, quaestionem non haberi.

§ 3.—Sed et si ususfructus in servo alienus sit, inter dominum et fructuarium dividi debet aestimatio.

(1) *Véase la página 739., nota 4.*
(2) suo, *Hal.*
(3) testandae rei gratia. § 5.—Quod adiicitur: *considéranse añadidas por antiguos copistas.*

§ 2.—Mas nada importa, según se dijo por los más, que el marido sea de propio derecho, ó hijo de familia.

§ 3.—Respecto á uno y á otro se pregunta, si en virtud del espíritu de la ley le será lícito al padre matar á un magistrado; asimismo, si siendo infame la hija, ó estando casada contra las leyes la mujer, tendrá, sin embargo, el padre ó el marido este derecho; y ¿qué se dirá, si el padre ó el marido fué alcahuete, ó está tachado con alguna ignominia? Y con más razón se dirá, que tienen derecho para matarlos los que pueden acusarlos con derecho de padre ó de marido.

**25.** Ulpiano; *Comentarios á la ley Julia sobre los Adulterios, libro II.*—En el capítulo quinto de la ley Julia se dispone, que al marido le sea lícito retener con derecho sin fraude suyo, no más que veinte horas contínuas del día y de la noche, para atestiguar el caso, al adúltero sorprendido con su mujer, al cual, ó no quisiera, ó no le fuese lícito matar.

§ 1.—Yo opino que también en cuanto al padre se ha de observar lo que se ha dicho respecto al marido.

§ 2.—Pero aunque el marido no lo hubiese sorprendido en su propia casa, lo podrá retener.

§ 3.—Pero una vez que fué dejado ir el adúltero no puede ser vuelto á llevar á la casa.

§ 4.—Luego, ¿qué se dirá, si se hubiere evadido? ¿Podrá ser custodiado las veinte horas, habiendo sido llevado de nuevo á la casa? Y yo opinaría, que en este caso más bien se ha de decir que llevado de nuevo á la casa puede ser retenido para atestiguar el hecho.

§ 5.—Lo que se añade: «para atestiguar el hecho» tiene por objeto que introduzcas testigos que hayan de prestarle testimonio al acusador, de que el reo fué sorprendido en adulterio.

**26.** El mismo; *Disputas, libro III.* — Durante el matrimonio la mujer no puede ser acusada de adulterio por el que además del marido es admitido á la acusación; porque otro no debe perturbar é inquietar á la mujer tolerada por el marido, ni á un matrimonio tranquilo, á no ser que antes hubiere acusado de lenocinio al marido.

§ 1.—Es útil que aun por otro sea suscitada la acusación abandonada por el marido.

**27.** El mismo; *De los Adulterios, libro III.* — Si el acusador hubiere pedido que se sujete al tormento al esclavo acusado de adulterio, ya si él mismo quiso, ya si no quiso, estar presente, mandan los jueces que sea estimado este esclavo; y luego que lo hubieren estimado, mandarán que al que perteneciere el negocio le dé el que hubiere delatado el nombre de este esclavo tanto dinero, y otro tanto.

§ 1.—Pero veamos, puesto que la ley nombró al que perteneciere el negocio, ¿á quién se le habrá de pagar esta pena? Así, pues, con razón diremos que el comprador de buena fe es aquel á quien pertenece el negocio aunque él hubiere comprado de quien no es dueño.

§ 2.—Y más bien admitimos que también está en el mismo caso el que lo recibió en prenda, á saber, porque le interesaba á él que no se diese tormento.

§ 3.—Pero también si fuera de otro el usufructo sobre el esclavo se debe dividir la estimación entre dueño y el usufructuario.

(4) *Véase la página 739., nota 4.*
(5) accusati, *Hal.*
(6) pecuniam adulterum, et tantam, *Hal.*
(7) *Hal. Vulg.*; despiciamus, *el códice Fl.*

§ 4.—Et si communis plurium servus erit, utique inter eos quoque erit aestimatio dividenda.

§ 5.—Si liber homo, dum servus existimatur, tortus sit, quia et ipse conditionem suam ignorat, magis admittit Caecilius, actionem utilem ipsi dandam adversus eum, qui per calumniam appetit, ne impunita sit calumnia eius ob hoc, quod liberum hominem quasi servum deduxit in quaestionem.

§ 6.—Haberi quaestionem lex iubet de servis ancillisve eius, de quo, vel de qua quaereretur, parentisve utriusque eorum, si ea mancipia ad usum ei a parentibus data sint. Divus autem Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit, et de exteris servis quaestionem haberi.

§ 7.—Quaestioni interesse iubentur reus reave, et patroni eorum, et qui crimen detulerit; interrogandique facultas datur patronis.

§ 8.—De eo quoque (1) servo, in quo usumfructum reus habuit, magis est, ut quaestio haberi possit; licet enim servus eius non fuerit, in servitute tamen fuisse videtur; nec tam proprietatis causa ad quaestionem, quam ministerii pertinet.

§ 9.—Ergo et si bona fide serviat reo servus alienus, admittit quis, interrogari eum per quaestionem posse.

§ 10.—Sed et si servus sit (2), cui fideicommissa (3) libertas debetur, vel statuta speratur, torqueri eum posse, magis est.

§ 11.—Iubet lex, eos homines, de quibus quaestio ita habita est, publicos esse; proinde in communi partem publicamus, in proprio, cuius (4) ususfructus alienus est, nudam proprietatem; in quo tantum usumfructum habuit reus, magis est, ut perceptio ususfructus ad publicum incipiat pertinere; alienum servum utique non publicabimus. Ratio autem publicandorum servorum ea est, ut sine ullo metu verum dicant, et ne, dum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quaestione.

§ 12.—Non tamen prius publicantur, quam quaestio de illis habita fuerit.

§ 13.—Sed etsi negaverint, nihilominus publicantur; ratio enim adhuc eadem est, ne, dum hi sperant, se in potestatem dominorum reversuros, si negaverint, spe meriti collocandi in mendacio perseverent.

§ 14.—Sed et servi accusatoris, si de his quaestio habita sit, publicentur; eius enim servi ne mentiantur, merito a dominio (5) eius recedunt; extranei vero non habent, cui gratificentur.

§ 15.—Si reus vel rea absoluti fuerint, aestimari per iudices lex damnum voluit, sive mortui fuerint, quantae pecuniae ante quaestionem (6) fuerint, sive vivent, quantae pecuniae in his damnum datum fuerit, factumve esset.

§ 16.—Notandum est, quod capite quidem nono (7) cavetur: si servus adulterii accusetur, et accusator quaestionem in eo haberi velit, duplum

§ 4.—Y si el esclavo fuere común de muchos, ciertamente que su estimación se habrá de dividir también entre ellos.

§ 5.—Si un hombre libre hubiera sido torturado siendo estimado esclavo, porque también él mismo ignora su condición, cree más bien Cecilio, que se le ha de dar al mismo acción útil contra el que por calumnia le atacó, á fin de que no quede impune su calumnia por haber sometido al tormento á un hombre libre como si fuera esclavo.

§ 6.—El juez manda que se sujete al tormento á los esclavos ó á las esclavas de aquel ó de aquella de quien uno se querellase, ó del ascendiente de ambos, si estos esclavos le hubieran sido dados para su uso por sus ascendientes. Mas el Divino Adriano respondió por rescripto á Cornelio Latiniano, que también se someten al tormento los esclavos extraños.

§ 7.—Se manda que asistan al tormento el reo ó la rea, sus patronos, y el que hubiese delatado el delito; y se les da á los patronos facultad para interrogar.

§ 8.—Es más cierto que se pueda someter al tormento también al esclavo sobre el cual tuvo el reo el usufructo; porque aunque no fuere suyo el esclavo, se considera, sin embargo, que estuvo en su esclavitud; y para el tormento no hace al caso tanto la propiedad, como la prestación de servicio.

§ 9.—Luego también si de buena fe le sirviera al reo un esclavo ajeno, cualquiera admitirá que puede él ser interrogado mediante el tormento.

§ 10.—Mas también si fuera un esclavo, á quien se le debe la libertad por fideicomiso, ó para quien se espera la dejada, es más cierto que puede él ser atormentado.

§ 11.—Manda la ley que sean públicos los hombres á quienes así se les dió tormento; por consiguiente, en el esclavo común confiscamos una parte, y en el propio, sobre el cual es de otro el usufructo, la nuda propiedad; en aquel sobre el cual tuvo el reo solamente el usufructo, es más cierto, que la percepción del usufructo comienza á pertenecerle al público; pero al esclavo ajeno ciertamente que no lo confiscamos. Mas la razón de hacer públicos los esclavos es esta, para que digan la verdad sin miedo alguno, y no se obstinen en el tormento, temiendo que habrán de volver á poder de los reos.

§ 12.—Mas no se hacen públicos antes que se les haya sometido al tormento.

§ 13.—Pero aunque hubieren negado, se hacen sin embargo públicos; porque hay también la misma razón, á fin de que esperando que volverán á poder de sus dueños, si negaran, no perseveren en la mentira con la esperanza de contraer mérito.

§ 14.—Pero también los esclavos del acusador se hacen públicos, si hubieran sido ellos sometidos al tormento; porque para que no mientan sus esclavos, son con razón apartados de su dominio; pero los extraños no tienen á quien hacer gracia.

§ 15.—Si el reo ó la reo hubieren sido absueltos, quiso la ley que por los jueces fuese estimado el daño, si hubieren muerto, el dinero que hubieren valido antes del tormento, y si vivieren, el importe del daño que se les hubiere causado ó hecho.

§ 16.—Se ha de notar lo que ciertamente se dispone en el capítulo noveno: que si un esclavo fuera acusado de adulterio, y el acusador quisiera some–

(1) *Taur. al márgen;* De eoque, *en el texto.*
(2) sit, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(3) *Taur. según la escritura original;* fideicommissaria, *la corrección del códice Fl., Br.*
(4) *Hal. Vulg.;* cui, *el códice Fl.*

(5) domino, *Hal.*
(6) ante quaestionem, *considéranse añadidas por antiguos copistas.*
(7) quod hoc capite quidem non cavetur, *Hal.*

pretium domino praestari lex iubet (1), at hic simplum.

**28.** Marcianus *libro I. de Iudiciis publicis.*— Quod ex his causis debetur, per condictionem, quae ex lege descendit, petitur.

**29.** Ulpianus (2) *libro IV. de Adulteriis.* — Mariti lenocinium lex coërcuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit adulterumque dimisit; debuit enim uxori quoque irasci, quae matrimonium eius violavit; tunc autem puniendus est maritus, quum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis; idcirco enim lex ita locuta est: (3) ADULTERUM IN DOMO DEPREHENSUM DIMISERIT (4), quod voluerit in ipsa turpitudine deprehendentem (5) maritum coërcere.

§ 1.—Quod ait lex, adulterii damnatam si quis duxerit uxorem, ea lege teneri (6), an et ad stuprum referatur, videamus; quod magis est. Certe si ob aliam causam ea lege sit condemnata, impune uxor ducetur.

§ 2.—Plectitur et qui pretium pro comperto stupro acceperit. Nec interest, utrum maritus sit, qui acceperit, an alius quilibet; quicunque enim ob conscientiam stupri accepit aliquid, poena erit plectendus. Ceterum si gratis quis remisit, ad legem non pertinet.

§ 3.—Qui quaestum ex adulterio uxoris suae fecerit, plectitur; nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in uxore exercuit.

§ 4.—Quaestum autem ex adulterio uxoris facere videtur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor; sive enim saepius, sive semel accepit, non est eximendus; quaestum enim de adulterio uxoris facere proprie ille existimandus est, qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere. Quodsi patiatur uxorem delinquere non ob quaestum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem positus videtur.

§ 5.—Sed mensium (7) haec fit separatio, ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur, in vidua vero ex die commissi criminis; quod significari videtur Rescripto ad Tertyllum (8) et Maximum Consules. Praeterea si ex die divortii sexaginta dies sint, ex die vero commissi criminis quinquennium praeteriit, debuit dici, nec mulierem posse accusari, ut, quod (9) dantur sex menses utiles, sic sit accipiendum, ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur.

§ 6.—Hoc quinquennium observari legislator voluit, si reo vel reae stuprum, adulterium, vel lenocinium obiiciatur; quid ergo, si aliud crimen sit, quod obiiciatur, quod ex lege Iulia descendit? ut sunt, qui domum suam stupri causa praebuerunt, et alii similes. Et melius est dicere, omnibus ad-

terlo al tormento, la ley manda que se le pague al dueño doble precio, pero en este caso el sencillo.

**28.** Marciano; *De los Juicios públicos, libro I.*— Lo que por estas causas se debe es reclamado por la condicción, que deriva de la ley.

**29.** Ulpiano; *De los Adulterios, libro IV.* — La ley castigó el lenocinio del marido, que retuvo á su mujer sorprendida en adulterio y dejó ir al adúltero; porque debió airarse también contra la mujer, que violó su matrimonio; mas el marido debe ser castigado siempre y cuando no puede excusar su ignorancia, ó encubrir su tolerencia con pretexto de incredulidad; porque por esto la ley dijo así: «hubiere dejado ir al adúltero sorprendido en su casa», porque quiso castigar al marido que lo sorprende en el mismo acto torpe.

§ 1.—Veamos si lo que dice la ley, que si alguno hubiere tomado por mujer á la que fué condenada por adulterio queda sujeto á esta ley, se refiere también al estupro; lo que es más cierto. Y ciertamente que si hubiera sido condenada por esta ley en virtud de otra causa, la tomará impunemente por mujer.

§ 2.—Es castigado también el que recibió precio por tener encubierto el estupro. Y no importa que haya sido el marido ú otro cualquiera el que lo haya recibido; porque cualquiera que haya recibido alguna cosa, porque tenía conocimiento del estupro, habrá de ser castigado con pena. Pero si alguno lo perdonó gratuitamente no está comprendido en la ley.

§ 3.—Es castigado el que hubiere realizado ganancia con el adulterio de su mujer; porque delinque no levemente el que hizo lenocinio con su mujer.

§ 4.—Se considera que realiza ganancia con el adulterio de su mujer el que recibió alguna cosa para que fuese adúltera su mujer; porque ya si la recibió muchas veces, ya si una sola, no ha de quedar exento; pues se ha de estimar con propiedad que realiza ganancia con el adulterio de su mujer el que recibió alguna cosa para consentir que la mujer fuese adúltera en cierto modo como meretriz. Pero si consintiera que delinquiese la mujer no por ganancia, sino por negligencia, ó por culpa, ó por cierta tolerancia, ó por demasiada credulidad, es considerado excluído de esta ley.

§ 5.—Mas respecto á los meses se hace esta distinción, que tratándose de una casada los seis meses se computan desde el día del divorcio, pero tratándose de una viuda desde el día en que se cometió el delito; lo que parece que se indica en el rescripto dirigido á los cónsules Tertilo y Máximo. Además, si hubieran transcurrido sesenta días desde el día del divorcio, y había transcurrido un quinquenio desde que se cometió el delito, se debe decir que puede ser acusada la mujer, porque lo que se dice que se dan seis meses útiles se ha de entender de modo, que no se provoque una acusación criminal extinguida por un quinquenio continuado.

§ 6.—El legislador quiso que se guardase este quinquenio, si al reo ó á la reo se le imputa el estupro, adulterio, ó lenocinio; luego ¿qué se dirá, si fuese otro crimen el que se imputara, que derive de la ley Julia? como lo cometen los que facilitaron su casa para estupro, y otros semejantes. Y es

(1) **lex iubet,** *omitelas Hal.*
(2) **Idem,** *Vulg.*
(3) QUI, *inserta Vulg.*
(4) *Hal.*; DEMISERIT, *el códice Fl.*
(5) **deprehensum,** *Hal.*

(6) ADULTERII DAMNATAM — TENETOR, *Hal.*
(7) *Hal. Vulg.*; **mensum,** *Taur. según el códice Fl., en el que se lee* **mensuum,** *Br.*
(8) **Tertullium,** *el códice citado por Br.*
(9) **dicitar,** *inserta Vulg.*

missis ex lege Iulia venientibus quinquennium esse praestitutum est (1).

§ 7.—Quinquennium autem ex eo die accipiendum est (2), quo quid admissum est; et ad eum diem, quo quis postulatus, postulatave est; et non ad eum diem, quo iudicium de adulteriis exercetur.

§ 8.—Hoc amplius Senatusconsulto adiectum est, ut, si plures eundem postulaverint, eius qui perseveraverit reum reamve facere, postulationis dies prima exigatur, scilicet ut, qui accusat, suos libellos accusatorios exspectet, non alienos.

§ 9.—Eum autem, qui per vim stuprum intulit vel mari, vel feminae, sine praefinitione huius temporis accusari posse, dubium non est, quum eum publicam vim committere, nulla dubitatio est.

**30.** Paulus (3) *libro I. de Adulteriis* (4).—Pater sine periculo calumniae non potest agere.

§ 1.—Sexaginta dies a divortio numerantur; in diebus autem sexaginta et (5) ipse sexagesimus est.

**31.** Idem *libro II. de Adulteriis* (6).— Quinquennium non utile, sed continuo numerandum est. Quid ergo fiet (7), si prior mulier rea facta sit, et ideo adulter eodem tempore reus fieri non potuit, et diu tracta lite quinquennium transierit? Quid, si is, qui intra quinquennium quem postulaverat, non peregerit, aut praevaricatus est, et alius eundem repetere velit, et quinquennium transactum sit? Aequum est, computationi quinquennii eximi id tempus, quod per postulationem praecedentem consumtum sit.

**32.** Macer (8) *libro I. de publicis Iudiciis.*—Nihil interest, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum utrumque occidat; nam si alterum occidit, lege Cornelia reus erit; quodsi altero occiso alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis non liberatur, sed Divus Marcus et Commodus rescripserunt, impunitatem ei concedi, quia, licet interemto adultero mulier supervixerit post tam gravia vulnera, quae ei pater inflixerat (9), magis fato, quam voluntate eius servata est; quia lex parem in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigit, et severitatem requirit.

§ 1.—Quum alterum ex adulteris elegerit maritus, alterum non ante accusare potest, quam prius iudicium finietur, quia duos simul ab eodem accusari non licet; non tamen prohibetur accusator, simul cum adultero vel adultera eum quoque accusare, qui domum suam praebuit, vel consilio fuit, ut crimen redimeretur.

**33.** Marcianus (10) *libro I. de publicis Iudiciis.*—Si quis adulterium a servo suo commissum dicat in eam, quam uxorem habuit, Divus Pius rescripsit, accusare potius mulierem eum debere, quam in praeiudicium eius servum suum torquere.

(1) *Taur. según la escritura original;* praestitum, *la corrección del códice Fl., Br.*
(2) *Vulg.;* ex, *inserta el códice Fl.*
(3) Papinianus, *Hal.*
(4) *Véase la nota 1., página 739.*
(5) et, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(6) *Véase la nota 1., página 739.*

mejor decir, que el quinquenio se estableció para todos los delitos que provienen de la ley Julia.

§ 7.—Mas el quinquenio se ha de contar desde que se cometió algún delito, y hasta el día en que se acusó á alguno ó á alguna, y no hasta el día en que se celebró el juicio sobre el adulterio.

§ 8.—Además esto se añadió en el Senadoconsulto, que si muchos hubieren acusado á uno mismo, se atienda al día primero de la acusación del que hubiere perseverado en hacer reo á alguno ó á alguna, á saber, para que el que acusa atienda á sus propios libelos acusatorios, no á los ajenos.

§ 9.—No es dudoso que el que por fuerza estupró á hombre ó á mujer puede ser acusado sin el señalamiento de este término, porque no hay duda alguna que él comete violencia pública.

**30.** Paulo; *De los Adulterios, libro I.*— El padre no puede ejercitar la acción sin la responsabilidad de calumnia.

§ 1.—Los sesenta días se cuentan desde el divorcio, mas en los sesenta días se cuenta también el mismo sexagésimo.

**31.** El mismo; *De los Adulterios, libro II.* — El quinquenio se ha de contar no útil, sino contínuo. Luego ¿qué sucederá si primeramente se hubiera hecho reo á la mujer, y no pudo, por lo tanto, ser hecho reo al mismo tiempo el adúltero, y habiendo durado largo tiempo el litigio hubiere transcurrido el quinquenio? ¿Qué, si el que hubiere acusado á uno dentro del quinquenio, no hubiere llevado á término la acusación, ó prevaricó, y otro quisiera dirigirse contra aquel mismo, y hubiera transcurrido el quinquenio? Es justo que en la computación del quinquenio se deduzca el tiempo que se haya gastado en la anterior acusación.

**32.** Macer; *De los Juicios públicos, libro I.*— No importa que el padre haya matado, ó no, antes á la hija adúltera, con tal que los mate á ambos; porque si mató á uno, será reo por la ley Cornelia; pero si habiendo matado á uno el otro hubiera sido herido, no queda ciertamente libre por las palabras de la ley, mas resolvieron por rescripto el Divino Marco y Cómmodo, que se le concediera impunidad, porque aunque habiendo matado al adúltero la mujer sobreviviere después de las heridas tan graves que el padre le había causado, se salvó ella más bien por fatalidad, que por voluntad de aquél; porque la ley exige igual indignación, y requiere igual severidad contra los que fueron sorprendidos.

§ 1.—Cuando el marido hubiere elegido á uno de los adúlteros, no puede acusar al otro antes que haya finido el anterior juicio, porque no es lícito que dos sean acusados simultáneamente por uno mismo; pero no se le prohibe al acusador que juntamente con el adúltero ó la adúltera acuse también al que facilitó su casa, ó dió consejo para que se cometiese el delito.

**33.** Marciano; *De los Juicios públicos, libro I.*— Si alguno dijera que por su esclavo se cometió adulterio con la que él tuvo como mujer, resolvió por rescripto el Divino Pío, que él debía acusar á la mujer más bien que darle tormento á su esclavo en perjuicio de ella.

(7) *Taur. según corrección del códice Fl.;* nec *por* fiet, *la escritura original, Br.*
(8) Marcellus, *Vulg.*
(9) *Hal. Vulg.;* infixerat, *el códice Fl.*
(10) *Véase la nota 8.*

§ 1.—Si quis adulterum non dimiserit, sed retinuerit, forsan (1) filium in noverca, vel etiam libertum vel servum in uxorem, ex sententia legis tenetur, quamvis verbis non continetur. Quae autem retinetur, punitur. Sed si dimissam reduxerit, verbis non tenetur; sed tamen dicendum est, ut teneatur, ne fraus fiat.

§ 2.—Si uxor ex adulterio viri pretium (2) acceperit, lege Iulia quasi adultera tenetur.

**34.** Modestinus *libro I. Regularum.*— Stuprum committit, qui liberam mulierem consuetudinis causa, non matrimonii continet, excepta videlicet concubina.

§ 1.—Adulterium in nupta admittitur, stuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur.

**35.** Idem *libro VIII. Regularum.*—Accusaturus adulterii, si quid circa inscriptionem erraverit, si tempora largiantur, emendare non prohibetur, ne causa aboleatur.

**36.** Papinianus *libro III. Quaestionum.*—Si minor annis adulterium commiserit, lege Iulia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit.

**37.** Idem *libro V. Quaestionum.*—Filiumfamilias publico iudicio adulterium in uxorem sine voluntate patris arguere posse (3), constitutum est; vindictam enim proprii doloris consequitur.

**38.** Idem *libro XXXVI. Quaestionum.*—Si adulterium cum incesto committatur, utputa cum privigna, nuru, noverca, mulier similiter quoque punietur; id enim remoto etiam adulterio eveniret.

§ 1.—Stuprum in sororis filiam si committatur, an adulterii poena sufficiat mari, considerandum est. Occurrit, quod hic duplex admissum est, quia multum interest, errore matrimonium illicite contrahatur, an contumacia iuris, et sanguinis contumelia concurrant (4).

§ 2.—Quare mulier tunc demum eam poenam, quam mares, sustinebit, quum incestum iure gentium (5) prohibitum admiserit; nam si sola iuris nostri observatio interveniet, mulier ab incesti crimine erit excusata.

§ 3.—Nonnunquam tamen et in maribus incesti crimina, quamquam natura graviora sunt, humanius, quam adulterii tractari solent, si modo incestum per matrimonium illicitum contractum sit.

§ 4.—Fratres denique Imperatores Claudiae crimen incesti propter aetatem remiserunt, sed distrahi coniunctionem illicitam iusserunt, quum alias adulterii crimen, quod pubertate (6) delinquitur, non excusetur aetate; nam et mulieres in iure errantes incesti crimine non teneri, supra dictum est, quum in adulterio commisso nullam habere possint excusationem.

§ 1.—Si alguno no hubiere dejado ir, pero hubiere retenido, al adúltero, acaso á un hijo que fué adúltero con la madrastra, ó también á un liberto ó á un esclavo que lo fué con su mujer, es responsable según el espíritu de la ley, aunque no está comprendido en su letra. Mas la que es retenida es castigada. Pero si hubiere vuelto á llevar á la casa á la que dejó ir, no es responsable según la letra de la ley; pero se ha de decir, sin embargo, que es responsable, para que no se cometa fraude.

§ 2.—Si la mujer hubiere recibido precio por el adulterio de su marido, queda sujeta á la ley como adúltera.

**34.** Modestino; *Reglas, libro I.* — Comete estupro el que por trato, no por causa de matrimonio, tiene á una mujer libre, exceptuándose, por supuesto, la concubina.

§ 1.—Se comete adulterio en mujer casada, y se comete estupro en viuda, en doncella, ó en un joven.

**35.** El mismo; *Reglas, libro VIII.*—Al que ha de acusar de adulterio, si hubiere padecido algún error en la inscripción, no se le prohibe enmendarlo, si hubiera tiempo, para que no sea abolida la causa.

**36.** Papiniano; *Cuestiones, libro III.*— Si un menor de edad hubiere cometido adulterio, queda sujeto á la ley Julia, porque este delito comienza después de la pubertad.

**37.** El mismo; *Cuestiones, libro V.* — Se estableció, que el hijo puede, sin la voluntad de su padre acusar de adulterio á su mujer en juicio público; porque consigue vindicta para su propio dolor.

**38.** El mismo; *Cuestiones, libro XXXVI.* — Si se cometiera adulterio con incesto, por ejemplo, con la hijastra, la nuera, ó la madrastra, la mujer será igualmente condenada; porque esto sucedería también prescindiéndose del adulterio.

§ 1.—Si se cometiera estupro en la hija de la hermana, se ha de considerar, si será suficiente para el varón la pena de adulterio. Ocurre la duda, porque en este caso el delito es doble, pues hay mucha diferencia entre que se contraiga ilícitamente matrimonio por error, y que concurran la contumacia del derecho y el ultraje de la sangre.

§ 2.—Por lo cual la mujer sufrirá la pena que los hombres, solamente cuando hubiere cometido incesto prohibido por el derecho de gentes; porque si solamente mediare la observancia de nuestro derecho, la mujer será excusada del delito de incesto.

§ 3.—A veces, sin embargo, suelen ser castigados aun en los varones más benignamente que los de adulterio los delitos de incesto, aunque por naturaleza son más graves, si el incesto hubiera sido cometido mediante matrimonio ilícito.

§ 4.—Finalmente, los Emperadores hermanos perdonaron á Claudia por razón de su edad el delito de incesto, pero mandaron que se disolviese la unión ilícita, porque por otra parte el delito de adulterio, que se comete en la pubertad, no se excusa por la edad; porque arriba se dijo, que también las mujeres que yerran en cuanto al derecho no son responsables del delito de incesto, no pudiendo tener excusa alguna en el adulterio cometido.

(1) *Taur. según el códice Fl., que dice* forsans, *Br.*
(2) praemium, *en lugar de* pretium, *se lee al márgen interior del códice Fl.*
(3) posse, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(4) *Hal. Vulg.;* concurrunt, *el códice Fl.*
(5) *Hal.;* gentum, *el códice Fl.*
(6) post pubertatem, *Vulg.*

§ 5.—Idem Imperatores rescripserunt, post divortium, quod cum noverca bona fide privignus fecerit, non esse crimen admittendum incesti.

§ 6.—Idem Pollioni in haec verba rescripserunt: «Incestae nuptiae confirmari non solent; et ideo abstinenti tali matrimonio poenam praeteriti delicti, si nondum reus postulatus est, remittimus».

§ 7.—Incestum autem, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur, excusari solet sexu, vel aetate, vel etiam puniendi correctione, quae bona fide intervenit; utique si error allegetur, et facilius, si nemo reum postulavit.

§ 8.—Imperator Marcus Antoninus et Commodus filius rescripserunt: «Si maritus uxorem in adulterio deprehensam impetu tractus doloris interfecerit, non utique legis Corneliae de sicariis poenam excipiet». Nam et Divus Pius in haec verba rescripsit Apollonio: «Ei (1), qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, quum sit difficillimum, iustum dolorem temperare; et magis (2) quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit; sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi, si qui honestior, in insulam relegari».

§ 9.—Liberto patroni famam lacessere non facile conceditur; sed si iure mariti velit adulterii accusare, permittendum est, quomodo, si atrocem iniuriam passus esset. Certe si patronum, qui sit ex eo numero, qui deprehensus ab alio interfici potest, in adulterio uxoris deprehenderit, deliberandum est, an impune possit occidere. Quod durum nobis esse videtur; nam cuius famae, multo magis vitae parcendum est.

§ 10.—Si quis in honore ministeriove publico sit, reus quidem postulatur, sed differtur eius accusatio, et cautione iudicio sistendi causa promittitur (3) in finem honoris; et hoc ita Tiberius Caesar rescripsit.

**39.** Idem *libro XV. Responsorum.* — Vim passam (4) mulierem, sententia Praesidis provinciae continebatur; in legem Iuliam (5) de adulteriis non commisisse respondi, licet iniuriam suam, protegendae pudicitiae causa, confestim marito renuntiari prohibuit.

§ 1.—Nupta quoque muliere, tametsi lenocinii vir prior non postuletur, adulterii crimen contra adulterum ab extrario poterit inferri.

§ 2.—In matrimonio quoque defuncta uxore, vir iure adulterum inter reos recipi postulat.

§ 3.—Nupta prius, quam adulter damnetur, adulterii non postulatur, si nuptias denuntiatio vel ad domum mulieris missa non praecessit.

§ 4.—Mulierem ob latronum societatem exulare iussam citra poenae metum in matrimonio retineri posse respondi, quia non fuerat adulterii damnata.

§ 5.—Los mismos Emperadores resolvieron por rescripto, que después del divorcio, que el hijastro hubiere hecho de buena fe con su madrastra, no se habrá de admitir delito de incesto.

§ 6.—Los mismos respondieron por rescripto á Polion en estos términos: «No se suelen confirmar las nupcias incestuosas; y por ello le remitimos al que se abstiene de tal matrimonio la pena del delito pasado, si aun no fué acusado como reo».

§ 7.—Mas el incesto, que se comete por ilícita unión de matrimonio, suele ser excusado por el sexo, ó por la edad, ó aun por la corrección que por vía de castigo medió de buena fe; ciertamente si se alegara error, y más fácilmente, si nadie acusó al reo.

§ 8.—El Emperador Marco Antonino y Cómmodo, el hijo, respondieron por rescripto: «Si el marido, llevado del ímpetu de su dolor, hubiere matado á su mujer sorprendida en adulterio, no sufrirá ciertamente la pena de la ley Cornelia sobre los sicarios». Porque también el Divino Pío respondió por rescripto á Apolonio en estos términos: «Al que no niega que mató á su mujer sorprendida en adulterio, se le puede perdonar el último suplicio, porque es muy difícil moderar un justo dolor; y ha de ser castigado más bien porque hizo de más, que porque no haya debido vengarse él; bastará, pues, si fuere de humilde condición, que sea condenado perpétuamente á las obras, y si de otra más elevada, que sea relegado á una isla».

§ 9.—No se le concede fácilmente al liberto que lastime la fama de su patrono; pero si con derecho de marido quisiera acusarlo de adulterio, se le ha de permitir, á la manera que si hubiese sufrido una injuria atroz. Y ciertamente que si hubiere sorprendido en adulterio con su mujer al patrono, el cual fuera del número de los que pueden ser muertos por otro siendo sorprendidos, se ha de ver si podría matarlo impunemente. Lo que nos parece que es duro; porque al que se le ha de respetar la fama, con mucha más razón se le respetará la vida.

§ 10.—Si alguno estuviera en cargo honorífico ó ministerio público, es ciertamente acusado reo, pero se difiere su acusación, y promete con caución presentarse á juicio al terminar su cargo honorífico; y así lo resolvió por rescripto Tiberio César.

**39.** El mismo; *Respuestas, libro XV.*—En la sentencia del Presidente de la provincia se consignaba que la mujer sufrió violencia; yo respondí, que no incurrió en la ley Julia sobre los adulterios, aunque prohibió que desde luego se le denunciase á su marido su propia injuria, para cubrir su honestidad.

§ 1.—También habiéndose casado la mujer, aunque el primer marido no haya sido acusado de lenocinio, se podrá presentar por un extraño acusación de adulterio contra el adúltero.

§ 2.—También habiendo fallecido la mujer durante el matrimonio, pretende con derecho el marido que el adúltero sea contado entre los reos.

§ 3.—La casada, antes que el adúltero sea condenado no es acusada de adulterio, si á las nupcias no precedió la denuncia, enviada por lo menos á casa de la mujer.

§ 4.—Respondí, que sin temor á pena se podía retener en matrimonio á la mujer mandada desterrar por estar en sociedad con ladrones, porque no había sido condenada por adulterio.

(1) Ei, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(2) *Según corrección del códice Fl.;* magis, *omítela Taur. según la escritura original, Br.*
(3) *Esto es,* differtur.
(4) esse, *inserta Hal.*
(5) *Hal. Vulg.;* lege Iulia, *el códice Fl.*

§ 5.—Praescriptione quinque annorum crimen incesti coniunctum adulterio non excluditur.

§ 6.—Duos quidem adulterii, marem et feminam, propter commune crimen simul non iure, nec a viro postulari convenit. Quum tamen duobus denuntiatum fuisset ab eo, qui postea desistere volebat, abolitionem esse necessariam in utriusque personam respondi.

§ 7.—Incesti commune crimen adversus duos simul intentari potest.

§ 8.—De servis quaestionem in dominos incesti postulatos ita demum habendam respondi, si per adulterium incestum esse contractum dicatur.

§ 5.—Por la prescripción de cinco años no se excluye la acusación de incesto, conjunta con la de adulterio.

§ 6.—Ciertamente no es conveniente en derecho que ni aun por el marido sean acusados al mismo tiempo dos, hombre y mujer, por delito común de adulterio. Mas cuando á los dos se les hubiese hecho la denuncia por el que después quería desistir, respondí, que era necesaria la abolición respecto á la persona de ambos.

§ 7.—Se puede intentar simultáneamente contra dos una común acusación de incesto.

§ 8.—Respondí, que se habían de someter al tormento los esclavos contra sus dueños acusados de incesto, solamente si se dijera que el incesto fué cometido por medio de adulterio.

**40.** Paulus *libro XIX. Responsorum.*— Quaesitum est, an ea, quam maritus adulterii crimine se accusaturum minatus est, nec quidquam egit vel iure mariti, vel iure publico, nubere possit ei, quem in ea reum adulterii destinavit. Paulus respondit, nihil impedire, quominus ei, quem suspectum maritus habuit, ea, de qua quaeritur, nubere possit.

§ 1.—Item quaeritur, an idem maritus destitisse videatur, vel lenocinium commisisse, qui eandem reduxit uxorem. Paulus respondit, eum, qui post crimen adulterii intentatum eandem uxorem reduxit, destitisse videri, et ideo ex eadem lege postea accusandi ei ius non superesse.

**40.** Paulo; *Respuestas, libro XIX.*—Se preguntó, si aquella á quien amenazó que la acusaría del delito de adulterio su marido, que nada hizo ni con derecho de marido, ni por derecho público, se podría casar con aquel á quien él designó como reo de adulterio con ella. Paulo respondió, que nada impedía que se pudiera casar con aquel, á quien el marido tuvo como sospechoso, ésta de quien se trata.

§ 1.—Asimismo se pregunta, si se considerará que desistió, ó cometió lenocinio el mismo marido, que volvió á tomar la misma mujer. Paulo respondió, que se considera que desistió el que después de haber intentado la acusación de adulterio volvió á tomar la misma mujer, y que por lo tanto no le quedaba después en virtud de la misma ley derecho de acusar.

**41.** Idem *libro I. Sententiarum.* — In crimine adulterii nulla danda dilatio est, nisi ut personae exhibeantur, aut iudex ex qualitate negotii motus hoc causa cognita permiserit.

**41.** El mismo; *Sentencias, libro I.*— En la acusación de adulterio no se ha de conceder ninguna dilación, á no ser para que sean exhibidas las personas, ó si el juez lo permitiere con conocimiento de causa movido á ello por la calidad del negocio.

**42.** Tryphoninus *libro II. Disputationum.* — Si is, qui ius annulorum impetravit, adulterium commisit in patroni uxorem, aut in patronam suam, aut in eius eamve (1), cuius libertus patris, aut matris, filii filiaeve fuit, an ut libertus puniri debeat? et si deprehensus sit in adulterio, an impune occidatur? Et magis probo, subiiciendum poenae (2) libertinorum, quoniam lege Iulia de adulteriis coërcendis ad tuenda matrimonia pro libertinis eos haberi placuit, et deteriorem causam per istud beneficium patronorum haberi non oportet.

**42.** Trifonino; *Disputas, libro II.*—Si el que impetró el derecho de anillos cometió adulterio en la mujer de su patrono, ó en su patrona, ó en la de aquel ó en aquella, de cuyo padre, ó madre, hijo ó hija fué liberto, ¿deberá ser castigado como liberto? ¿Y, si fuera sorprendido en adulterio, será matado impunemente? Y más bien apruebo que debe quedar sujeto á la pena de los libertinos, porque en la ley Julia sobre la represión de los adulterios plugo que para defender á los matrimonios éstos fueran considerados como libertinos, y no es conveniente que por este beneficio sea considerada peor la causa de los patronos.

**43.** Gaius *libro III. ad legem XII. tabularum.*— Si ex lege repudium missum non sit, et idcirco mulier adhuc nupta esse videatur, tamen si quis eam uxorem duxerit, adulter non erit; idque Salvius Iulianus respondit, quia adulterium, inquit, sine dolo malo non committitur; quamquam dicendum, ne is, qui sciret, eam ex lege repudiatam non esse, dolo malo committat.

**43.** Gayo; *Comentarios á la ley de las Doce Tablas, libro III.* — Si no se hubiera enviado el repudio con arreglo á la ley, y por ello se considerase que la mujer estaba casada todavía, sin embargo, si alguno la hubiere tomado por mujer, no será adúltero; y esto respondió Salvio Juliano, porque no se comete, dice, adulterio sin dolo malo; aunque se ha de decir, que el que supiera que ella no fué repudiada con arreglo á la ley, no lo comete con dolo malo.

**44.** Papinianus (3) *libro IV. Responsorum.* — Defuncta quoque socru gener incesti postulabitur, ut adulter post mortem mulieris.

**44.** Papiniano; *Respuestas, libro IV.*— También habiendo fallecido la suegra será acusado de incesto el yerno, como el adúltero después de la muerte de la mujer.

---

(1) *Hal. Vulg.;* eive, *el códice Fl.*
(2) *Hal. Vulg.;* poena, *el códice Fl.*

(3) Paulus, *Hal. Vulg.*

## TIT. VI

### AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA

[*Cf. Cod. IX. 12. 13.*]

**1.** MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.* — Lege Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suae agrove, in villa praeter usum venationis, vel itineris, vel navigationis coëgerit.

**2.** SCAEVOLA (1) *libro IV. Regularum.* — Excipiuntur autem arma, quae quis promercii causa habuerit, hereditateve ei obvenerint.

**3.** MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.* — In eadem causa sunt, qui turbae seditionisve faciendae consilium inierint, servosvo, aut liberos homines in armis habuerint.

§ 1.—Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit.

§ 2.—In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo convocata (2) seditione villas expugnaverint, et cum telis et armis bona rapuerint.

§ 3.—Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid praeter materiam.

§ 4.—Praeterea punitur huius legis poena, qui puerum, vel feminam, vel quemquam per vim stupraverit.

§ 5.—Sed et qui in incendio cum gladio, aut telo rapiendi causa fuit, vel prohibendi dominum res suas servare, eadem poena tenetur.

§ 6.—Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua deiecerit (3), expugnaverit concursu (4),

**4.** ULPIANUS *libro LIX. ad Edictum.* — utive id fieret (5), homines commodaverit;

**5.** MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.* — qui coetu, concursu (6), turba, seditione incendium fecerit, quique hominem dolo malo incluserit, obsederit, quive fecerit, quominus sepeliatur, quo magis funus diripiatur, distrahatur; quive per vim sibi aliquem obligaverit; nam eam obligationem lex rescindit.

§ 1.—Si de vi, et possessione, vel dominio quaeratur, ante cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Pius τῷ κοινῷ τῶν Θεσσάλων *[universitati Thessalorum]* graece (7) rescripsit; sed et decrevit, ut prius de vi quaeratur, quam de iure dominii, sive possessionis.

§ 2.—Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur; etsi pater iniuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quinquennii praescriptione reum postulare poterit, quum raptus crimen legis Iuliae de adulteriis (8) potestatem excedit.

(1) Ulpianus, *Hal. Vulg.*
(2) *Hal. Vulg.*; convocatu, *el códice Fl.*
(3) excusserit *(omitiendo* concursu), *inserta Hal.*
(4) *Taur. según la escritura original;* concursu, *omitela la corrección del códice Fl., Br.*

## TÍTULO VI

### SOBRE LA LEY JULIA RELATIVA Á LA VIOLENCIA PÚBLICA

[*Véase Cód. IX. 12. 13.*]

**1.** MARCIANO; *Instituta, libro XIV.* — Está sujeto á la ley Julia sobre la violencia pública el que tuviere armas ó dardos en su casa ó en el campo, ó en una casa de campo, no siendo para uso de caza, ó de viaje, ó de navegación.

**2.** SCÉVOLA; *Reglas, libro IV.* — Se exceptúan, sin embargo, las armas que alguno tuviere para comercio, ó que á él hubieren ido por herencia.

**3.** MARCIANO; *Instituta, libro XIV.*—Están en el mismo caso los que hubieren formado designio de reunir turba ó hacer sedición, ó hubieren tenido en armas esclavos ú hombres libres.

§ 1.—Está sujeto á la misma ley el púbero que en público hubiere ido con armas.

§ 2.—En el mismo caso se hallan los que habiendo hecho con malísimo ejemplo sedición hubieren atacado casas de campo, y con dardos y armas hubieren robado bienes.

§ 3.—Asimismo está obligado el que de un incendio hubiere robado alguna cosa, excepto los materiales.

§ 4.—Además, es castigado con la pena de esta ley el que con violencia hubiere estuprado á un joven, á una mujer, ó á otro cualquiera.

§ 5.—Mas también está sujeto á la misma pena el que estuvo en un incendio con espada ó dardo para robar, ó para impedir que el dueño salve sus cosas.

§ 6.—Está sujeto á la misma ley el que con hombres armados hubiere echado de su casa ó campo, ó de su nave, al poseedor, ó con el concurso de otros lo hubiere atacado,

**4.** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LIX.*— ó si para que se hiciera esto hubiere proporcionado hombres;

**5.** MARCIANO; *Instituta, libro XIV.* — el que con reunión, concurso, turba, ó sedición hubiere hecho incendio, y el que con dolo malo hubiere encerrado, ó cercado, á un hombre, ó el que hubiere hecho que no sea sepultado, ó que se disolviese ó impidiese el funeral; ó el que á la fuerza hubiere obligado á su favor á otro; porque la ley rescinde esta obligación.

§ 1.—Si se cuestionase sobre la violencia, y la posesión ó el dominio, respondió por rescripto en griego el Divino Pío á la universidad de los Tesalos, que se ha de conocer antes de la violencia, que de la propiedad de la cosa; pero también decretó, que se cuestionase sobre la violencia antes que sobre el derecho de dominio, ó de la posesión.

§ 2.—El que robó una mujer sin marido, ó casada, es condenado al último suplicio; y aunque el padre habiéndosele rogado con súplicas hubiere perdonado su propia injuria, esto no obstante, podrá un extraño acusar al reo sin la prescripción del quinquenio, porque el delito de rapto excede del alcance de la facultad de la ley Julia sobre los adulterios.

(5) *Hal. Vulg.*; estaret, *el códice Fl.*
(6) *Hal. Vulg.*; conversu, *el códice Fl.*
(7) graece, *omitela Hal.*
(8) *Hal.*; adulteris, *el códice Fl.*

6. ULPIANUS *libro VII. de officio Proconsulis.*—Et eum, qui puerum ingenuum rapuit, puniendum Divus Pius rescripsit in haec verba: «Exemplum libelli dati mihi a Domitio Silvano (1), nomine Domitti Silvani (2) patrui, subiici iussi, motus querela eius, qua significavit, filium suum ingenuum iuvenem admodum raptum atque conclusum, mox verberibus ac tormentis usque ad summum periculum afflictum; Gemine carissime, velim audias eum, et si compereris haec ita admissa, rem severe exequaris».

6. ULPIANO; *Del Cargo de Proconsul, libro VII.*—El Divino Pío resolvió por rescripto, en estos términos, que debía ser castigado el que robó un impúbero ingénuo: «Mandé que se te enviara el ejemplar del libelo que se me entregó por Domicio Silvano, en nombre de su tío paterno Domicio Silvano, movido por su querella, en la que significó que un hijo suyo ingénuo muy joven había sido raptado y encerrado, y después maltratado con azotes y tormentos hasta el último peligro; yo querría, carísimo Gémino, que lo oyeras, y que si vieres que así se hicieron tales cosas castigues severamente el caso».

7. IDEM *libro VIII. de officio Proconsulis.*—Lege Iulia de vi publica tenetur, qui, quum imperium potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, iusseritve quid fieri, aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur. Item quod ad legatos, oratores, comitesve attinebit, si quis eorum (quem) pulsasse, eive (3) iniuriam fecisse arguetur.

7. EL MISMO; *Del Cargo de Proconsul, libro VIII.*—Está sujeto á la ley Julia sobre la violencia pública el que teniendo imperio ó potestad hubiere matado ó azotado contra apelación á un ciudadano romano, ó hubiere mandado que se haga alguna cosa, ó que se le eche al cuello algo para atormentarle. Asimismo, por lo que atañe á los legados, oradores ó acompañantes, si se probare que alguien golpeó á uno de éstos, ó le infirió injuria.

8. MAECIANUS (4) *libro V. Publicorum.* — Lege Iulia de vi publica cavetur, ne quis reum vinciat, impediatve, quominus Romae intra certum tempus adsit.

8. MECIANO; *De los Juicios públicos, libro V.* — Se dispone en la ley Julia sobre la violencia pública, que nadie aprisione á un reo, ó le impida que dentro de cierto tiempo se presente en Roma.

9. PAULUS *libro VII. ad Edictum.* — Armatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt, sed etiam quid aliud, quod (5) nocere potest.

9. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro VII.* — Por armados debemos entender no solamente los que tuvieron dardos, sino también alguna otra cosa que puede hacer daño.

10. ULPIANUS *libro LXVIII. ad Edictum.*— Qui dolo malo fecerit, quominus iudicia tuto exerceantur, aut iudices ut oportet iudicent, vel is, qui potestatem imperiumve habebit aliter (6), quam ei ius erit, decernat, imperet, faciat; qui ludos, pecuniamve ab aliquo invito polliceri publice, privatimve per iniuriam exegerit; item qui cum telo dolo malo in concione fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur; exceptus est, qui propter venationem habeat homines, qui cum bestiis pugnent; ministros enim (7) ad ea habere conceditur.

10. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.* — El que con dolo malo hubiere hecho que no se ejerciten las acciones con seguridad, ó que los jueces no juzguen como es debido, ó el que tuviere potestad ó imperio y decretara, mandase ú obrara de otro modo que como para ello tuviese derecho; el que hubiere exigido pública ó privadamente por injuria que por alguien sean prometidos contra su voluntad juegos ó dinero; asimismo el que con dardo se hallare con dolo malo en una reunión, ó donde públicamente se celebrare juicio; quedando exceptuado el que por razón de caza tuviera hombres, que lucharan con las fieras; porque se les concede que para esto tengan auxiliares.

§ 1.—Hac lege tenetur, et qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur et pulsetur, (8) neque homo occisus sit.

§ 1.—Está sujeto á esta ley también el que habiendo convocado hombres hubiere hecho violencia para que alguien fuese azotado ó golpeado, sin que este hombre haya sido muerto.

§ 2.—Damnato de vi publica aqua et igni interdicitur.

§ 2.—Al condenado por violencia pública se le pone interdicción en el agua y el fuego.

11. PAULUS *libro V. Sententiarum* (9).—Hi, qui aedes alienas, aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem (10) in turba cum telo fecerint, capite puniuntur.

11. PAULO; *Sentencias, libro V.*—Los que hubieren despojado, quebrantado, ó asaltado casas ajenas, ó casas de campo, si esto lo hubieren hecho en turba armada con dardos, son castigados con pena capital.

§ 1.—Telorum autem appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur.

§ 1.—Mas con la denominación de dardos se entienden todas las cosas con las que cada hombre puede hacer daño.

§ 2.—Qui telum tutandae salutis suae causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare.

§ 2.—Los que para su propia defensa llevan dardo no se considera que los llevan para matar á otro hombre.

---

(1) Salviano, *Vulg.*
(2) Salviani, *Vulg.*
(3) Marcianus, *Hal.*
(4) *Según nuestra enmienda;* et sive, *el códice Fl.*
(5) *Taur. según la escritura original;* sed etiam eos, qui aliud, quod, *la corrección del códice Fl., Br.*

(6) *Hal. Vulg.;* aliter, *omítela el códice Fl.*
(7) *Hal.;* ministrosve, *el códice Fl.*
(8) *Taur. según la escritura original;* et si, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(9) *Véase Pauli Sent. recc. V. 3. § 3.*
(10) *Taur.;* quid, *el códice Fl., Br.*

**12.** IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Turpillianum.*— Qui nova vectigalia exercent, lege Iulia de vi publica tenentur.

**12.** EL MISMO; *Comentarios al Senadoconsulto Turpiliano, libro único.* — Los que exigen nuevos impuestos están sujetos á la ley Julia sobre la violencia pública.

## TIT. VII

### AD LEGEM IULIAM DE VI PRIVATA

[*Cf. Cod. IX. 12.*]

## TÍTULO VII

### SOBRE LA LEY JULIA RELATIVA Á LA VIOLENCIA PRIVADA

[*Véase Cód. IX. 12.*]

**1.** MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.* — De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur; et cautum est, ne senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in quem (1) ordinem sedeat, neve iudex sit; et videlicet omni honore, quasi infamis, ex Senatusconsulto carebit.

§ 1.—Eadem poena afficiuntur, qui ad poenam legis Iuliae de vi privata rediguntur, et si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit.

§ 2.—Sed et ex Constitutionibus Principum extra ordinem, qui de naufragiis aliquid diripuerint (2), puniuntur; nam et Divus Pius rescripsit, nullam vim nautis fieri debere, et si quis fecerit, ut severissime puniatur.

**1.** MARCIANO; *Instituta, libro XIV.* — Por la ley Julia se confisca la tercera parte de los bienes del condenado por violencia privada; y se dispuso que no sea senador, ni decurión, ni adquiera honor alguno, ni tome asiento en algún orden, ni sea juez; y ciertamente será privado en virtud de un Senadoconsulto de todo honor, como infame.

§ 1.—Con la misma pena son castigados los que están sujetos á la pena de la ley Julia sobre la violencia privada, y el que de un naufragio hubiere robado alguna cosa con dolo malo.

§ 2.—Pero también son castigados extraordinariamente en virtud de Constituciones de los Príncipes, los que de naufragios hubieren robado alguna cosa; porque también el Divino Pío resolvió por rescripto, que no se les debía hacer violencia alguna á los marineros, y que si alguien la hubiere hecho fuera severísimamente castigado.

**2.** SCAEVOLA *libro IV. Regularum.* — Hac lege tenetur, qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsaretur, neque homo occisus erit.

**2.** SCÉVOLA; *Reglas, libro IV.*—Está sujeto á esta ley el que habiendo convocado hombres hubiere hecho violencia para que alguno fuese azotado ó golpeado, sin que el hombre hubiere sido muerto.

**3.** MACER *libro I. Publicorum.* — Nec interest, liberos an servos, et suos an alienos quis ad vim faciendam convocaverit.

§ 1.—Nec minus hi, qui convocati sunt, eadem lege tenentur.

§ 2.—Sed si nulli convocati, nullique pulsati sint, per iniuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum sit, hac lege teneri eum, qui id fecerit.

**3.** MACER; *De los Juicios públicos, libro I.*—Y no importa que uno haya convocado para hacer la violencia hombres libres y esclavos, y suyos éstos ó ajenos.

§ 1.—Y no menos están sujetos á la misma ley los que fueron convocados.

§ 2.—Pero si ningunos hubieran sido convocados, ni ningunos golpeados, pero por injuria se hubiera quitado alguna cosa de los bienes ajenos, queda sujeto á esta ley el que tal hubiere hecho.

**4.** PAULUS *libro LV. ad Edictum.*— Legis Iuliae de vi privata crimen committitur, quum coetum aliquis, et concursum fecisse dicitur, quominus quis in ius produceretur.

§ 1.—Et si quis quaestionem de alterius servo habuisset, et ideo moderatius Edicto Praetoris de iniuriis utendum esse, Labeo ait.

**4.** PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LV.*—Se comete el delito de la ley Julia sobre la violencia privada, cuando se dice que alguien hizo reunión y concurso para que uno no fuese presentado en juicio.

§ 1.—También si alguno hubiese sometido á tormento al esclavo de otro, y por esto dice Labeon, que se ha de usar con más moderación del Edicto del Pretor sobre las injurias.

**5.** ULPIANUS *libro LXIX. ad Edictum.*— Si quis aliquem deiecit ex agro suo, hominibus congregatis sine armis, vis privatae postulari possit.

**5.** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXIX.* — Si alguien echó á otro de su propio campo, habiendo congregado hombres sin armas, puede ser acusado de violencia privada.

**6.** MODESTINUS *libro VIII. Regularum.*—Ex Senatusconsulto Volusiano, qui improbe coëunt in alienam litem, ut, quidquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos (3) communicaretur, lege Iulia de vi privata tenentur.

**6.** MODESTINO; *Reglas, libro VIII.* — En virtud del Senadoconsulto Volusiano, los que sin probidad se juntan en pleito contra otro, para repartirse entre ellos lo que se hubiere obtenido por virtud de la condenación sobre cosa del mismo, están sujetos á la ley Julia sobre la violencia privada.

**7.** CALLISTRATUS *libro V. de Cognitionibus.*— Creditores, si adversus debitores suos agant, per

**7.** CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro V.* — Si los acreedores procedieran contra sus deudores,

(1) *Según nuestra conjetura;* eum, *el códice Fl.; vease Bynkershoek Obss. VI. 15.*

(2) *Taur.;* deripuerint, *el códice Fl., Br.*

(3) *Taur. según la escritura original;* hos, *la corrección del códice Fl., Br.*

iudicem id, quod deberi sibi putant, reposcere debent. Alioquin si in rem debitoris sui intraverint, id nullo concedente, Divus Marcus decrevit, ius crediti eos non habere. Verba decreti haec sunt: «Optimum est, ut, si quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris; interim ille in possessione debet morari, tu petitor es; et quum Marcianus diceret: vim nullam feci; Caesar dixit: tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est et tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit; non puto autem nec verecundiae, nec dignitati (1) tuae convenire, quidquam non iure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris non ab ipso sibi traditam sine ullo iudice temere possidere (2), eumque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit».

deben pedir por medio del juez lo que creen que se les debe. De otra suerte, si ocuparen una cosa de su deudor, sin que nadie se lo conceda, decretó el Divino Marco que no tuvieran ellos derecho á su crédito. Las palabras del decreto son estas: «Excelente cosa es que ejercites las acciones, si creyeras que tienes algunas para pedir; mientras tanto él debe permanecer en posesión, y tú eres demandante; y como Marciano dijese: no hice ninguna violencia, el César dijo: ¿y crees tú que solamente hay violencia, si se hiriere á hombres? Hay violencia también siempre y cuando alguno no reclama por medio del juez lo que cree que se le debe; y no creo que nunca convenga á tu pudor ni á tu dignidad hacer alguna cosa no conforme á derecho. Así, pues, cualquiera que se me hubiere probado que posee temerariamente sin la intervención de algún juez alguna cosa de un deudor, que no le fué entregada por él mismo, y que él se administró justicia á sí mismo en este negocio, no tendrá derecho á su crédito».

8. MODESTINUS *libro II. de Poenis.*—Si creditor sine auctoritate iudicis res debitoris occupet, hac lege tenetur, et tertia parte bonorum mulctatur, et infamis fit.

8. MODESTINO; *De las Penas, libro II.*—Si el acreedor ocupara sin la autoridad del juez bienes del deudor, está sujeto á esta ley, y es multado en la tercera parte de sus bienes, y se hace infame.

## TIT. VIII

### AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS (3)

[*Cf. Cod. IX. 16. 18.*]

## TÍTULO VIII

### SOBRE LA LEY CORNELIA RELATIVA Á LOS SICARIOS Y Á LOS ENVENENADORES

[*Véase Cód. IX. 16. 18.*]

1. MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.*—Lege Cornelia de sicariis et veneficis (4) tenetur, qui hominem occiderit, cuiusve dolo malo incendium factum erit; quive hominis occidendi furtive faciendi causa cum telo ambulaverit; quive, quum magistratus esset, publicove iudicio praeesset, operam dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur.

1. MARCIANO; *Instituta, libro XIV.*—Está sujeto á la ley Cornelia sobre los sicarios y envenenadores el que hubiere matado á un hombre, ó aquel por cuyo dolo malo se hubiere producido un incendio; ó el que para matar á un hombre ó para cometer un hurto llevare consigo dardo, ó el que siendo magistrado, ó presidiendo juicio público, hubiese procurado que alguno diera falso indicio, para que fuese demandado y condenado algún inocente.

§ 1.—Praeterea tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit; quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur; quive magistratus iudexve quaestionis ob (5) capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret.

§ 1.—Además está obligado el que hubiere confeccionado, ó dado, veneno para matar á un hombre; ó el que con dolo malo hubiere dicho falso testimonio, por el que alguien fuese condenado en juicio público como reo de pena capital; ó el que siendo magistrado ó juez de cuestión por causa capital hubiere recibido dinero para que uno fuese hecho reo por ley pública.

§ 2.—Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia, cuius conditionis hominem interemit.

§ 2.—También es castigado el que hubiere matado á un hombre, sin que se haga diferencia de qué condición sea el hombre á quien haya matado.

§ 3.—Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse; et qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum, et ex re constituendum hoc; nam si gladium strinxerit (6), et (7) eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse; sed si clavi (8) percussit, aut cucuma (9) in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam (10) poenam eius, qui in rixa casu (11) magis, quam voluntate homicidium admisit.

§ 3.—El Divino Adriano respondió por rescripto, que el que mató á un hombre puede ser absuelto, si esto lo hizo no con ánimo de matarlo; y que el que no mató á un hombre, sino que lo hirió para matarlo, ha de ser condenado como homicida, y que esto se ha de determinar según el caso; porque si desenvainó la espada, y le hirió con ella, indudablemente que esto lo hizo él con ánimo de matarlo; pero si en riña lo hirió con una llave, ó con una sartén, aunque lo haya herido con hierro, pero no con ánimo de matarlo, se ha de suavizar la pena del que en riña cometió un homicidio, más bien por casualidad, que con voluntad.

(1) *Taur. según la escritura original;* vel pietati, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(2) vel accepisse, *inserta Hal.*
(3) *Taur. al márgen;* VENEFICIIS, *en el texto.*
(4) *Taur. al márgen;* veneficiis, *en el texto.*
(5) *La ed. Steph.;* sub, *Taur. según el códice Fl., en el que se lee* quaestionisub, *Br.*
(6) *Hal. Vulg.;* strixerit, *el códice Fl.*

(7) *Hal.;* in, *inserta el códice Fl.*
(8) clava, *erradamente Vulg.*
(9) *Hal.;* cuccuma, *el códice Fl.*
(10) *La corrección del códice Fl.;* leniendum, *Taur. según la escritura original, Br.*
(11) *Taur. al márgen;* causa, *en el texto.*

§ 4.—Item Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum.

§ 5.—Sed et in eum, qui uxorem deprehensam in adulterio occidit, Divus Pius leviorem poenam irrogandam esse scripsit, et humiliore loco positum in exilium perpetuum dari iussit, in aliqua dignitate positum ad tempus relegari.

§ 4.—Asimismo resolvió por rescripto el Divino Adriano, que ha de ser perdonado el que mató al que con violencia cometió estupro con él ó con los suyos.

§ 5.—Pero el Divino Pio escribió que se debía imponer una pena más leve también al que mató á su mujer sorprendida en adulterio, y mandó que el de humilde condición fuese condenado á destierro perpétuo, y relegado temporalmente el que se hallase constituído en alguna dignidad.

**2.** Ulpianus *libro I. de Adulteriis* (1). — Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud praefectum praesidemve provinciae debet.

**2.** Ulpiano; *De los Adulterios, libro I.*—El padre no puede matar á su hijo sin que haya sido oido, sino que debe acusarlo ante el prefecto ó el presidente de la provincia.

**3.** Marcianus (2) *libro XIV. Institutionum.* — Eiusdem legis Corneliae de sicariis et veneficis capite quinto, qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur.

§ 1.—Eiusdem legis poena (3) afficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit.

§ 2.—Adiectio autem ista «veneni mali», ostendit esse quaedam et non mala venena. Ergo nomen medium est, et tam id, quod ad sanandum, quam id, quod ad occidendum paratum est, continet, sed et id, quod amatorium appellatur. Sed hoc solum notatur in ea lege, quod hominis necandi causa habet. Sed ex Senatusconsulto relegari iussa est ea, quae non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quae acceperat, decesserit.

§ 3.—Alio Senatusconsulto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas (4), aut buprestim (5), mandragoram, et id, quod lustramenti causa dederint cantharidas (6), poena teneantur huius legis.

§ 4.—Item is, cuius familia sciente eo adipiscendae, recuperandae possessionis causa arma sumserit; item, qui auctor seditionis fuerit, et qui naufragium (7) suppresserit; et qui falsa indicia confessus fuerit, confitendave curaverit, quo quis innocens circumveniretur; et qui hominem libidinis, vel promercii causa castraverit, (8) Senatusconsulto poena legis Corneliae punitur.

§ 5.—Legis Corneliae de sicariis et veneficis poena insulae deportatio est, et omnium bonorum ademtio; sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut poenam legis sustineant; humiliores enim solent vel bestiis subiici, altiores vero deportantur in insulam.

§ 6.—Transfugas licet, ubicunque inventi fuerint, quasi hostes interficere (9).

**3.** Marciano; *Instituta, libro XIV.* — En el capítulo quinto de la misma ley Cornelia sobre los sicarios y los envenenadores se castiga al que hubiere hecho, ó vendido, ó tuviese, veneno para matar á un hombre.

§ 1.—Con la pena de la misma ley es castigado el que en público hubiere vendido malos medicamentos, ó los tuviere para matar á un hombre.

§ 2.—Mas esta adición, «veneno malo», indica que también hay algunos venenos que no son malos. Luego la palabra veneno es genérica, y comprende tanto lo que está preparado para sanar, como para matar, y aun también lo que se llama amatorio. Mas en esta ley se indica solamente el que alguien tiene para matar á un hombre. Pero en virtud de un Senadoconsulto se mandó que fuese relegada la que no ciertamente con mala intención, sino con mal ejemplo, dió para concebir un medicamento, por virtud del cual falleció la que lo había tomado.

§ 3.—Por otro Senadoconsulto se hizo que estuvieran sujetos á la pena de esta ley los drogueros, si temerariamente le hubieren dado á alguien cicuta, salamandra, acónico, gusanos de piña, ó bupreste, mandrágora, y cantáridas para excitar.

§ 4.—Asimismo, aquel cuya servidumbre hubiere tomado armas, sabiéndolo él, para adquirir ó recuperar una posesión; también el que hubiere sido autor de una sedición, y el que hubiere hecho desaparecer á un náufrago; también el que hubiere declarado, ó procurado que se declarasen, falsos indicios, para que algún inocente fuese inculpado; y el que por causa de liviandad ó de comercio hubiere castrado á alguno es castigado por el Senadoconsulto con la pena de la ley Cornelia.

§ 5.—La pena de la ley Cornelia sobre los sicarios y envenenadores es la deportación á una isla, y la privación de todos los bienes; pero hoy suelen ser condenados á muerte, á no ser que estuvieren constituidos en honrosa posición, para sufrir la pena de la ley; porque los de clase más humilde suelen ser echados á las fieras, y los de más alta posición son deportados á una isla.

§ 6.—Es lícito matar como enemigos á los tránsfugas, donde quiera que fueren hallados.

**4.** Ulpianus *libro VII. de officio Proconsulis.*— Lege Cornelia de sicariis tenetur, qui, quum in magistratu (10) esset, eorum quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permissum non sit.

**4.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro VII.* — Está sujeto á ley Cornelia sobre los sicarios el que siendo magistrado hubiere hecho alguna de estas cosas, que no está permitida en las leyes, contra la vida de un hombre.

(1) *Véase la página 724., nota 9.*
(2) Marcellus, *Vulg.*
(3) *Taur.*; poenae, *el códice Fl., Br.*
(4) *Hal.*; pituocampas, *el códice Fl.*
(5) *Hal.*; bubrostim, *el códice F.*
(6) mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint, poena, *Hal.*

(7) naufragum, *el códice citado por Br.*
(8) *Taur. según la escritura original;* ex, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(9) *Taur. según la escritura original;* licet, *adiciona la corrección del códice Fl., Br.*
(10) *Hal.*, *Vulg.*; est, *inserta el códice Fl.*

§ 1.—Quum quidam per lasciviam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Ignacii Taurini, Proconsulis Beticae (1), a Divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset.

§ 2.—Idem Divus Hadrianus rescripsit: «Constitutum quidem est, ne spadones fierent; eós autem, qui hoc crimine arguerentur, Corneliae legis poena teneri, eorumque bona merito fisco meo (2) vindicari debere; sed et in servos, qui spadones fecerint, ultimo supplicio animadvertendum esse; et qui hoc crimine tenentur, si non adfuerint, de absentibus quoque, tanquam lege Cornelia teneantur, pronuntiandum esse. Plane si ipsi, qui hanc iniuriam passi sunt, proclamaverint, audire eos Praeses provinciae debet, qui virilitatem amiserunt. Nemo enim liberum servumve invitum sinentemve castrare debet; neve quis se sponte castrandum praebere debet. At si quis adversus Edictum meum fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit, item ipsi, qui se sponte excidendum praebuit».

§ 1.—Habiendo uno dado por lascivia ocasión para la muerte de alguien, se aprobó por el Divino Adriano el acto de Ignacio Taurino, Proconsul de la Bética, que lo relegó por un quinquenio.

§ 2.—El mismo Divino Adriano resolvió por rescripto: «Se determinó ciertamente en constituciones, que no se hicieran espadones; y que los que fueren acusados de este delito estuviesen sujetos á la pena de la ley Cornelia, y que con razón debían ser reivindicados sus bienes para mi fisco; y que también se debía imponer la última pena á los esclavos que hubieren hecho espadones; y que respecto á los que son responsables de este delito, si no estuvieren presentes, se ha de fallar, aun estando ausentes, como si estuvieran sujetos á la ley Cornelia. Y ciertamente que si los mismos que sufrieron esta injuria se hubieren querellado, el Presidente de la provincia debe oir á los que perdieron la virilidad. Porque nadie debe castrar á un hombre libre ó á un esclavo, contra la voluntad de éste, ó consintiéndolo él; ni ninguno debe prestarse espontáneamente á ser castrado. Mas si alguno hubiere obrado contra mi Edicto, habrá ciertamente pena capital para el médico, que hubiere hecho la castración, y también para el mismo que espontáneamente se prestó á ser castrado».

5. Paulus *libro II. de officio Proconsulis.* — Hi quoque, qui thlibias faciunt, ex Constitutione Divi Hadriani ad Ninnium (3) Hastam, in eadem causa sunt, qua hi, qui castrant.

5. Paulo; *Del Cargo de Proconsul, libro II.* — También los que hacen los impotentes se hallan en virtud de la Constitución del Divino Adriano, dirigida á Ninnio Hasta, en la misma condición que los que castran.

6. Venuleius Saturninus (4) *libro I. de officio Proconsulis.* — Is, qui servum castrandum tradiderit, pro parte dimidia bonorum mulctatur ex Senatusconsulto, quod Neratio Prisco et Annio Vero (5) Consulibus factum est.

6. Venuleyo Saturnino; *Del Cargo de Proconsul, libro I.* — El que hubiere entregado un esclavo para ser castrado es multado en la mitad de sus bienes en virtud de Senadoconsulto hecho bajo el consulado de Neracio Prisco y de Annio Vero.

7. Paulus *libro singulari de publicis Iudiciis.* — In lege Cornelia dolus pro facto accipitur; nec (6) in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare si quis alto se praecipitaverit, et super alium venerit, eumque occiderit, aut putator ex arbore, quum ramum deiiceret (7), non praeclamaverit, et praetereuntem occiderit, ad huius legis coërcitionem non pertinet.

7. Paulo; *De los Juicios públicos, libro único.* — En la ley Cornelia el dolo es considerado como un hecho; y en esta ley la culpa lata no es considerada como dolo. Por lo cual, si alguno se hubiere precipitado de lo alto, y hubiere caido sobre otro, y lo hubiere matado, ó si un podador no avisare desde el arbol al dejar caer una rama, y hubiere matado al que pasaba, no está sujeto á la pena de esta ley.

8. Ulpianus *libro XXXIII. ad Edictum.* — Si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partum abigeret, constiterit, eam in exilium Praeses provinciae exiget.

8. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.* — Si constare que una mujer se hizo violencia en sus entrañas para abortar, el Presidente de la provincia la mandará á destierro.

9. Idem *libro XXXVII. ad Edictum.* — Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit.

9. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXVII.* —Si alguno hubiere matado á un ladrón nocturno, sólo lo hará impunemente, si no pudo perdonarlo sin peligro suyo propio.

10. Idem *libro XVIII. ad Edictum.* — Si quis dolo insulam meam exusserit, capitis poena plectetur, quasi incendiarius.

10. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XVIII.* —Si alguno hubiere quemado con dolo malo mi casa, es condenado á pena capital, como incendiario.

11. Modestinus *libro VI. Regularum.*—Circumcidere Iudaeis filios suos tantum Rescripto Divi Pii permittitur; in non eiusdem religionis qui hoc fecerit, castrantis poena irrogatur.

11. Modestino; *Reglas, libro VI.*—Por rescripto del Divino Pío se les permite á los judios circuncidar solamente á sus hijos; al que hubiere hecho esto á los que no son de la misma religión se le impone la pena que al que castra.

(1) *Hal.;* Veticae, *el códice Fl.*
(2) *Taur. según corrección del códice Fl.;* me, *la escritura original, Br.*
(3) *Según enmienda Br.;* Ninium, *el códice Fl.;* Nonium, *Hal.;* Iunium, *Vulg.*
(4) Scaevola *por* Venuleius Saturninus, *Hal.*
(5) Neratio Vero et Annio Prisco, *Hal.*
(6) *Vulg.;* ne, *el códice Fl.*
(7) *Hal.;* deieceret, *Taur. según la escritura original;* deiecerit, *la corrección del códice Fl., Br.*

§ 1.—Servo sine iudice ad bestias dato, non solum qui vendidit, poena, verum et qui comparavit, tenebitur.

§ 2.—Post legem Petroniam et Senatusconsulta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere; oblato tamen iudici servo, si iusta sit domini querela, sic poenae tradetur.

12. Idem *libro VIII. Regularum.* — Infans vel furiosus, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur, quum alterum innocentia consilii tuetur, alterum fati infelicitas excusat.

13. Idem *libro XII. Pandectarum.*—Ex Senatusconsulto eius legis poena damnari iubetur, qui mala sacrificia fecerit, habuerit.

14. Callistratus *libro VI. de Cognitionibus.*— Divus Hadrianus in haec verba rescripsit: «in maleficiis voluntas spectatur, non exitus».

15. Ulpianus *libro VIII. ad legem Iuliam et Papiam.* — Nihil interest, occidat quis, an causam mortis praebeat.

16. Modestinus *libro III. de Poenis.* — Qui caedem admiserunt sponte, dolove malo, in honore aliquo positi deportari solent, qui secundo gradu sunt, capite puniuntur; facilius hoc in decuriones fieri potest, sic tamen, ut consulto prius Principe, et iubente, id fiat, nisi forte tumultus aliter sedari non possit.

17. Paulus *libro V. Sententiarum* (1). — Si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet.

## TIT. IX

### DE LEGE POMPEIA (2) DE PARRICIDIIS
[*Cf. Cod. IX. 17.*]

1. Marcianus (3) *libro XIV. Institutionum.*— Lege Pompeia de parricidiis cavetur, ut si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, avunculum, amitam, (4) consobrinum, consobrinam, uxorem, virum (5), generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam occiderit, cuiusve dolo malo id factum erit, ut poena ea teneatur, quae est legis Corneliae de sicariis. Sed et mater, quae filium filiamve occiderit, eius legis poena afficitur; et avus, qui nepotem occiderit; et praeterea qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare.

2. Scaevola *libro IV. Regularum.*— Frater au-

(1) *Véase Pauli Sentt. recc. V. 23. §. 1.*
(2) AD LEGEM POMPEIAM, *Hal. Vulg.*
(3) Marcellus, *Vulg.*

§ 1.—Habiendo sido un esclavo echado á las fieras sin la intervención del juez, quedarán sujetos á la pena no solamente el que lo vendió, sino también el que lo compró.

§ 2.—Después de la ley Petronia y de los Senadoconsultos relativos á esta ley, se les quitó á los dueños la potestad de entregar á su arbitrio esclavos para luchar con las fieras; pero habiendo sido entregado el esclavo al juez, si fuera justa la querella de su señor, será de este modo sometido á la pena.

12. El mismo; *Reglas, libro VIII.* — El que está en la infancia ó el loco, si hubieren matado á un hombre, no están sujetos á la ley Cornelia, porque al uno lo ampara la inocencia de su designio, y al otro la infelicidad de su desgracia.

13. El mismo; *Pandectas, libro XII.* — En virtud de un Senadoconsulto se manda que sea condenado á la pena de esta ley el que hubiere hecho ó celebrado malos sacrificios.

14. Calistrato; *De las Jurisdicciones, libro VI.* — El Divino Adriano respondió por rescripto: «en los maleficios se atiende á la voluntad, no al resultado».

15. Ulpiano; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VIII.*—Y no hay diferencia alguna entre que alguno mate, ó dé causa para la muerte.

16. Modestino; *De las Penas, libro III.*—Los que voluntariamente, ó con dolo malo, hicieron una muerte, hallándose constituídos en algún cargo honorífico, suelen ser deportados, y los que están en segunda categoría son condenados á muerte; esto se puede hacer más fácilmente tratándose de decuriones, pero de modo, sin embargo, que se haga habiéndose consultado antes al Príncipe, y mandándolo él, á no ser acaso que el tumulto no se pueda apaciguar de otro modo.

17. Paulo; *Sentencias, libro V.* — Si herido en riña hubiere perecido un hombre, es conveniente que se examinen las heridas de cada uno de los reunidos en aquélla.

## TÍTULO IX

### DE LA LEY POMPEYA SOBRE LOS PARRICIDIOS
[*Véase Cód. IX. 17.*]

1. Marciano; *Instituta, libro XIV.* — Se dispone en la ley Pompeya sobre los parricidios, que si alguno hubiere matado á su padre, madre, abuelo, abuela, hermano, hermana, primo paterno, primo materno, tío paterno, tío materno, tía paterna, consobrino, consobrina, mujer, marido, yerno, suegro, padrastro, hijastro, hijastra, patrono, patrona, ó aquel por cuyo dolo malo se hubiere hecho esto, esté sujeto á la pena de la ley Cornelia, que hay sobre los sicarios. Pero también la madre, que hubiere matado á su hijo ó á su hija, es castigada con la pena de esta ley; también el abuelo que hubiere matado á un nieto; y además el que compró un veneno para dárselo á su padre, aunque no haya podido dárselo.

2. Scévola; *Reglas, libro IV.*— Mas el hermano

(4) materteram, *insertan Hal. Vulg.*
(5) nurum, *Vulg.*

tem eius, qui cognoverat tantum, nec patri indicaverat, relegatus est, et medicus supplicio affectus.

del que solamente lo sabía, y no se lo había indicado al padre, es relegado, y el médico es condenado al suplicio.

**3.** Marcianus *libro XIV. Institutionum.*— Sed sciendum est, lege Pompeia de consobrino comprehendi, sed non etiam eos pariter complecti, qui pari propioreve (1) gradu sunt. Sed et novercae et sponsae personae omissae sunt, sententia tamen legis continentur,

**3.** Marciano; *Instituta, libro XIV.*— Pero se ha de saber, que en la ley Pompeya se comprende el consobrino, pero que no están comprendidos también los que son de igual ó más próximo grado. Mas también fueron excluídas las personas de la madrastra y de la esposa, pero están comprendidas en el espíritu de la ley,

**4.** Idem *libro I. de publicis Iudiciis.*—quum pater et mater sponsi, sponsae, socerorum ut liberorum sponsi, generorum appellatione continentur.

**4.** El mismo; *De los Juicios públicos, libro I.*— puesto que el padre y la madre del esposo y de la esposa están comprendidos en la denominación de suegros, como en la de yernos los esposos de los hijos.

**5.** Idem *libro XIV. Institutionum.* — Divus Hadrianus fertur, quum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse, quod latronis magis, quam patris iure eum interfecit; nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere.

**5.** El mismo; *Instituta, libro XIV.* — Dícese que el Divino Adriano, habiendo uno matado en una cacería á su hijo, que cometía adulterio con su madrastra, lo deportó á una isla, porque lo mató más bien como ladrón que con el derecho de padre; porque la patria potestad debe consistir en la piedad, no en la atrocidad.

**6.** Ulpianus *libro VIII. de officio Proconsulis.*— Utrum, qui occiderunt parentes, an etiam conscii poena parricidii afficiantur, quaeri potest; et ait Maecianus, etiam conscios eadem poena afficiendos, non solum parricidas; proinde conscii etiam extranei eadem poena afficiendi sunt.

**6.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro VIII.* —Se puede preguntar, si son castigados con la pena de parricidio los que mataron á sus ascendientes, ó si también los cómplices; y dice Meciano, que han de ser castigados con la misma pena también los cómplices, no solamente los parricidas; por consiguiente, también los cómplices extraños han de ser castigados con la misma pena.

**7.** Idem *libro XXIX.* (2) *ad Edictum.*—Si sciente creditore ad scelus committendum pecunia sit subministrata, utputa si ad veneni mali comparationem, vel etiam ut latronibus aggressoribusque daretur, qui patrem interficerent, parricidii poena tenebitur, qui quaesierit pecuniam, quique eorum ita crediderint, aut a quo ita caverunt (3).

**7.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Si sabiéndolo el acreedor se hubiera suministrado dinero para cometer el delito, por ejemplo, si fuese dado para la compra de un veneno malo, ó también á ladrones y agresores, que matasen al padre, estarán sujetos á la pena de parricidio el que hubiere buscado el dinero, y los que así lo hubieren prestado, ó así hubieren recibido caución de alguno.

**8.** Idem *libro VIII. Disputationum.* — Parricidii postulatus, si interim decesserit, si quidem sibi mortem conscivit, successorem fiscum habere debebit, si minus, eum, quem voluit, si modo testamentum fecit; si intestatus decessit, eos heredes habebit, qui lege vocantur.

**8.** El mismo; *Disputas, libro VIII.* — El acusado de parricidio, si hubiere fallecido entre tanto, deberá tener por sucesor al fisco, si verdaderamente él mismo se procuró la muerte, y si no, á quien él quiso, si es que hizo testamento; si falleció intestado, tendrá los herederos que son llamados por la ley.

**9.** Modestinus *libro XII. Pandectarum.* — Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus deinde culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia; deinde in mare profundum culleus iactatur; hoc ita, si mare proximum sit, alioquin bestiis obiicitur secundum Divi Hadriani Constitutionem.

**9.** Modestino; *Pandectas, libro XII.*—Según costumbre de los antepasados se estableció esta pena para el parricidio, que azotado el parricida con vaquetas de sangre fuese después cosido en un saco de cuero con un perro, un gallo de gallina, una vibora y una mona; y que después fuese echado el saco de cuero á lo profundo del mar; y esto así, si el mar estuviera cerca, pues de otra suerte, es echado á las fieras, según una Constitución del Divino Adriano.

§ 1.—Qui alias personas occiderint praeter matrem et patrem, et avum et aviam, quos more maiorum puniri supra diximus, capitis poena plectentur, aut ultimo supplicio mactantur.

§ 1.—Los que hubieren matado á otras personas que no sean la madre y el padre, el abuelo y la abuela, los cuales eran castigados según la costumbre de los antepasados, como antes hemos dicho, serán condenados á pena capital, ó son castigados con el último suplicio.

§ 2.—Sane si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit, ut Divi fratres rescripserunt super eo, qui per furorem matrem necaverat; nam sufficere, furore ipso eum puniri, diligentius-

§ 2.—Mas si presa de locura hubiere alguien matado á su ascendiente, quedará impune, como resolvieron por rescripto los Divinos hermanos respecto á uno que presa de locura había matado á su

(1) *Hal.;* propriove, *el códice Fl.;* prioreve, *Vulg.*
(2) IX., *considérase añadida por antiguos copistas.*

(3) *Taur. según la escritura original;* caverint, *el códice Fl.;* crediderit—caverit. *Hal.*

que custodiendum esse, aut etiam vinculis coërcendum.

10. Paulus *libro singulari de Poenis omnium legum.* — Eorum, qui parricidii poena teneri possunt, semper accusatio permittitur.

## TIT. X

### DE LEGE CORNELIA (1) DE FALSIS, ET DE SENATUSCONSULTO LIBONIANO

[*Cf. Cod. IX. 22—25.*]

1. Marcianus *libro XIV. Institutionum.*—Poena legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa inspicienda dolo malo coniecerit (2),

§ 1.—item ob instruendam advocationem, testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium, ex Senatusconsulto coërcetur.

§ 2.—Sed et si quis ob renuntiandum (3) remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum pecuniam acceperit, poena legis Corneliae afficitur, et qui iudicem corruperit corrumpendumve curaverit.

§ 3.—Sed et si iudex Constitutiones Principum neglexerit, punitur.

§ 4.—Qui in rationibus, tabulis cereisve (4), vel alia qua re sine (5) consignatione falsum fecerint, vel rem amoverint, perinde ex his causis, atque si erant falsarii, puniuntur; sic et Divus Severus lege Cornelia de falsis damnavit praefectum Aegypti, quod instrumentis suis, quum praeerat provinciae, falsum fecit.

§ 5.—Is, qui aperuerit (6) vivi testamentum, legis Corneliae poena tenetur.

§ 6.—Is, qui deposita instrumenta apud alium ab eo prodita esse adversariis suis dicit, accusare eum falsi potest.

§ 7.—Ad testamenta militum Senatusconsultum pertinet, quo lege Cornelia tenentur, qui sibi legatum fideicommissumve adscripserint.

§ 8.—Inter filium, et servum, et extraneum testamentum scribentes hoc interest, quod in extraneo, si specialiter subscriptio facta est: «quod illi dictavi et recognovi», poena cessat, et capi potest; in filio, vel servo vel generalis subscriptio sufficit et ad poenam evitandam, et ad capiendum.

§ 9.—Ex illa quoque causa falsi poenae quis subiicitur, ut Divi quoque Severus et Antoninus constituerunt, ut (7) tutores et curatores, et (8) qui officio deposito non restituerunt tutelam vel curationem, cum fisco contrahere non possint, ac (9) si quis adversus hanc legem profectus aerario obrepserit, ut perinde puniatur, ac si falsum commisisset.

§ 10.—Sed ad illos hoc non pertinet, ut iidem Principes rescripserunt, qui, antequam tutelam

madre; porque basta que él esté castigado con su misma locura, y que haya de ser custodiado más diligentemente, ó que aun haya de ser reducido á prisión.

10. Paulo; *De las Penas de todas las leyes, libro único.*—Se permite siempre la acusación de los que pueden estar sujetos á la pena de parricidio.

## TÍTULO X

### SOBRE LA LEY CORNELIA RELATIVA Á LAS FALSEDADES, Y SOBRE EL SENADOCONSULTO LIBONIANO

[*Véase Cód. IX. 22—25.*]

1. Marciano; *Instituta, libro XIV.* — Se impone la pena de la ley Cornelia al que con dolo malo hubiere procurado que se hicieran falsas declaraciones de testigos, ó que se examinaran falsos testimonios,

§ 1.—asimismo será castigado por el Senadoconsulto el que hubiere recibido ó pactado dinero por preparar defensa ó testimonios, ó hubiere hecho sociedad para obligar á inocentes.

§ 2.—Pero también si alguno hubiere recibido dinero por renunciar ó remitir un testimonio, por prestarlo ó no prestarlo, es condenado con la pena de la ley Cornelia, así como el que hubiere corrompido al juez, ó procurado que fuese corrompido.

§ 3.—Mas si el juez hubiere desatendido las Constituciones de los Príncipes, es también castigado.

§ 4.—Los que en cuentas, ó en tablas enceradas, ó en otra cualquier cosa sin firma hubieren cometido falsedad, ó los que hubieren amovido una cosa, son castigados en virtud de estas causas como si fueran falsarios; así también castigó el Divino Severo por la ley Cornelia sobre falsedades á un prefecto de Egipto, porque cometió falsedad en instrumentos suyos, siendo presidente de la provincia.

§ 5.—El que hubiere abierto el testamento de uno que vivía, está sujeto á la pena de la ley Cornelia.

§ 6.—El que dice que instrumentos depositados en poder de otro fueron manifestados por éste á sus adversarios, puede acusar á éste de falsedad.

§ 7.—Es aplicable á los testamentos de los militares el Senadoconsulto por el cual están sujetos á la ley Cornelia los que se hubieren adscrito un legado ó un fideicomiso.

§ 8.—Entre el hijo, el esclavo, y el extraño, que escriben un testamento, hay esta diferencia, que, tratándose de un extraño, si especialmente se puso esta subscripción: «lo que le dicté á aquel y yo reconocí», deja de tener lugar la pena, y se puede adquirir; y tratándose de un hijo, ó de un esclavo, basta aun la fórmula general de subscripción, así para evitar la pena, como para adquirir.

§ 9.—También por esta causa queda sujeto uno á la pena de falsedad, según también determinaron los Divinos Severo y Antonino, de suerte que los tutores y los curadores, y los que habiendo dejado el cargo no restituyeron la tutela ó la curatela, no puedan contratar con el fisco, y si alguno procediendo contra esta ley hubiere sorprendido al erario, será castigado lo mismo que si hubiese cometido falsedad.

§ 10.—Pero esto no se refiere, como resolvieron por rescripto los mismos Príncipes, á los que hicie-

(1) AD LEGEM CORNELIAM, *Hal. Vulg.*
(2) *Según el códice Fl., en el que se lee* coiecerit—; qui in falsa testimoniave faciendas, testationes falsa invicem dicenda dolo malo coierit, *Hal.*
(3) denunciandum, *Hal. Vulg.*
(4) cerisve, *el códice citado por Br.*
(5) sive, *Hal. Vulg.*
(6) perverterit, *Vulg.*
(7) constituerunt. Tutores — possunt, *Hal. Vulg.*
(8) *Taur. según la escritura original;* hi, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(9) at, *Hal. Vulg.*

susciperent, haec gesserunt; nec enim excusationes admisisse, sed fraudes exclusisse (1).

§ 11.—Idem Principes rescripserunt, ita demum eum, qui rationem tutelae vel curae nondum reddidit, cum fisco contrahere non debere, si vivat is, cuius tutela administrata est; nam si decesserit, licet nondum heredi eius rationem reddiderit, iure eum contrahere.

§ 12.—Sed si iure hereditario successerunt in fiscalem contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto poenam locum habere, licet adhuc vivat is, cuius tutela vel cura administrata est.

§ 13.—Poena falsi, vel quasi falsi deportatio est, et omnium bonorum publicatio; et si servus eorum quid admiserit, ultimo supplicio affici iubetur.

**2.** Paulus (2) *libro III. ad Sabinum.* — Qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subiecerit, resignaverit, quive testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolo malo, cuiusve dolo malo id factum erit, legis Corneliae poena damnatur.

**3.** Ulpianus (3) *libro IV. Disputationum.* — Qui ignorans falsum esse testamentum, vel hereditatem adiit, vel legatum accepit, vel quoquo modo agnovit, falsum testamentum dicere non prohibetur.

**4.** Idem *libro VIII. Disputationum.* — Si quis, quum falso sibi legatum adscribi curasset, decesserit, id heredi quoque extorquendum est. Inde Divus quoque Marcus, quum quidam a patre heres institutus codicillos intercidisset, et decessisset, fisco tantum esse putavit vindicandum, quantum per codicillos erogari posset, id est usque ad dodrantem.

**5.** Iulianus *libro LXXXVI. Digestorum.*—Senatus poenam remisit ei, qui legata a se testamento data codicillis sua manu scriptis ademerat; sed quia (4) et iussu patris id fecerat, et annorum vigintiquinque erat, hereditatem quoque ei capere permissum est.

**6.** Africanus *libro III. Quaestionum.* — Si quis legatum sibi adscripserit, tenetur poena legis Corneliae, quamvis inutile legatum sit; nam et eum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum, vel etiam quod initio non iure fieret, legatum sibi adscripserit. Hoc tamen tunc verum est, quum perfectum testamentum erit; ceterum si non signatum fuerit, magis est, ut Senatusconsulto locus non sit, sicuti nec interdictum de tabulis testamenti exhibendis locum habet. Prius enim oportet esse aliquod testamentum vel non iure factum, ut Senatusconsulto locus sit; nam et falsum testamentum id demum recte dicitur, quod, si adulterinum non esset, veruntamen (5) testamentum recte diceretur (6); similiter igitur et non iure factum testa-

(1) videntur, *adicionan Hal. Vulg.*
(2) Iulianus, *Hal.;* Ulpianus, *Vulg.*
(3) Paulus, *Hal. Vulg.*
(4) *Según corrección del códice Fl.;* qua, *Taur. según la escritura original, Br.*

ron estas cosas antes de encargarse de la tutela; porque no admitieron excusas, sino que rechazaron los fraudes.

§ 11.—Respondieron por rescripto los mismos Príncipes, que el que no rindió todavía cuenta de la tutela ó curatela no debe contratar con el fisco, solamente si viviera aquel cuya tutela fué administrada; porque si hubiere fallecido, aunque todavía no se hubiere rendido cuenta á su heredero, contrata con arreglo á derecho.

§ 12.—Pero si por derecho de herencia sucedieron en el contrato fiscal el tutor ó el curador, aunque antes de haberse rendido cuenta, no creo que tenga lugar la pena, aun cuando viva todavía aquel cuya tutela ó curatela fué administrada.

§ 13.—La pena de falsedad, ó de casi falsedad, es la deportación y la confiscación de todos los bienes; y si un esclavo hubiere hecho alguna de estas cosas, se manda que sea condenado al último suplicio.

**2.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro III.* — El que hubiere substraído, ocultado, robado, borrado, tachado, substituído, ó abierto un testamento, ó el que hubiere escrito, sellado ó leido con dolo malo un falso testamento, ó aquel por cuyo dolo malo se hubiere hecho esto, es condenado con la pena de la ley Cornelia.

**3.** Ulpiano; *Disputas, libro IV.* — Al que ignorando que era falso el testamento adió la herencia, ó recibió un legado, ó de algún otro modo lo reconoció, no se le prohibe acusar de falso el testamento.

**4.** El mismo; *Disputas, libro VIII.*—Si habiendo procurado alguien adscribirse falsamente un legado hubiere fallecido, se le ha de quitar aun á su heredero. Por lo cual, también el Divino Marco, habiendo uno, instituido heredero por su padre, destruído los codicilos, y fallecido, juzgó que se había de reivindicar para el fisco tanto cuanto se puede invertir en codicilos, esto es, hasta los tres cuartos.

**5.** Juliano; *Digesto, libro LXXXVI.* — El Senado remitió la pena al que había quitado en codicilos escritos de su mano los legados dejados á su cargo en el testamento; pero porque había hecho esto por orden de su padre, y era menor de veinticinco años, se le permitió que adquiriese también la herencia.

**6.** Africano; *Cuestiones, libro III.* — Si alguno hubiere escrito para sí un legado, está sujeto á la pena de la ley Cornelia, aunque sea inútil el legado; porque es sabido que está sujeto también el que hubiere escrito para sí un legado en el testamento que después se rompió, ó que aun desde un principio no fuese hecho con arreglo á derecho. Mas esto es verdad siempre y cuando el testamento estuviere acabado; pero si no hubiere sido signado, es más cierto que no tenga lugar el Senadoconsulto, como tampoco tiene lugar el interdicto sobre exhibición de las tablas del testamento. Porque antes ha de haber algún testamento, aunque no sea hecho con arreglo á derecho, para que tenga lugar el Senadoconsulto; porque solamente se dice con razón

(5) verum tamen, *Hal.*
(6) *Hal. Vulg.;* dicetur, *el códice Fl.*

mentum id appellatur, in quo si omnia rite facta essent, iure factum diceretur.

§ 1.—Si institutus heres exheredationem nominatim filii vel aliarum personarum adscribit (1), Senatusconsulto tenetur.

§ 2.—Similiter et is, qui libertatem sua manu ademit servi (2) testatoris, et maxime cui a se legata vel fideicommissa data erant, Senatusconsulto tenetur.

§ 3.—Si patronus (3) testamento liberti legatum sibi scripserit (4), et venia impetrata abstinere legato iussus est, an emolumentum bonorum possessionis contra tabulas habere possit? Et magis placet, non posse; nec tamen huic consequens est, ut et, si uxor dotem, vel creditor id, quod in diem sibi deberetur, sibi adscripserit, et similiter venia impetrata abstinere se legato iubeantur, aut mulieri dotis (5), aut creditori actio sua denegari debeat (6), ne eorum uterque merito debito careat.

**7.** Marcianus *libro II. Institutionum.* — Nullo modo servi cum dominis suis consistere possunt, quum ne quidem omnino iure civili, neque iure praetorio, neque extra ordinem computantur; praeterquam quod favorabiliter Divi Marcus et Commodus rescripserunt, quum servus quereretur, quod tabulae testamenti, quibus ei data erat libertas, supprimerentur, admittendum ad suppressi testamenti accusationem.

**8.** Ulpianus *libro VII. de officio Proconsulis.*— Quicunque numos aureos partim raserit (7), partim tinxerit (8) vel finxerit (9), si quidem liberi sunt, ad bestias dari, si servi, summo supplicio affici debent.

**9.** Idem *libro VIII. de officio Proconsulis.*—Lege Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos numos adulterinos flaverit, falsi crimine teneri (10).

§ 1.—Eadem poena afficitur etiam is, qui, quum prohibere tale quid posset, non prohibuit.

§ 2.—Eadem lege exprimitur, ne quis numos stanneos (11), plumbeos emere, vendere dolo malo vellet.

§ 3.—Poena legis Corneliae irrogatur ei, qui quid aliud, quam in testamento, sciens dolo malo falsum signaverit signarive curaverit; item qui (12) falsas testationes faciendas testimoniave falsa invicem dicenda dolo malo coierint.

que es falso el testamento, que, si no fuese adulterado, se diría con razón que era, ello no obstante, testamento; del mismo modo, pues, se dice también que no está hecho con arreglo á derecho aquel testamento que, si en él todo hubiese sido hecho conforme á derecho, se diría hecho con arreglo á derecho.

§ 1.—Si el heredero instituido escribió expresamente la desheredación de un hijo ó de otras personas, está sujeto al Senadoconsulto.

§ 2.—Del mismo modo, también el que con su mano quitó la libertad de un esclavo del testador, y principalmente á aquel para quien á su cargo se habían dado legados ó fideicomisos, está sujeto al Senadoconsulto.

§ 3.—Si el patrono hubiere escrito para sí un legado en el testamento de su liberto, y habiendo impetrado el perdón se le mandó que se abstuviera del legado, ¿podrá tener el emolumento de la posesión de los bienes contra el testamento? Y más bien se determina que no puede; pero á esto no es consiguiente, que también si la mujer hubiere escrito para sí la dote, ó un acreedor lo que se le debiese á término, se les mande igualmente, que, habiendo impetrado el perdón, se abstengan del legado, ó que á la mujer se le deba denegar la acción de la dote, ó al acreedor la suya propia, á fin de que ninguno de estos dos sea privado de lo que con razón se le debe.

**7.** Marciano; *Instituta, libro II.* — De ningún modo pueden los esclavos comparecer contra sus señores, porque ciertamente no son tenidos en cuenta ni por el derecho civil, ni por el derecho pretorio, ni extraordinariamente; salvo que los Divinos Marco y Cómmodo por favor resolvieron por rescripto, que, cuando un esclavo se querellase de que se hacían desaparecer las tablas de un testamento, en que se le había dado la libertad, debía ser admitido á la acusación de haberse hecho desaparecer el testamento.

**8.** Ulpiano; *Del Cargo de Proconsul, libro VII.* — Cualquiera que en parte hubiere raido monedas de oro, ó en parte las hubiere bañado en tintura, ó las hubiere fingido, si verdaderamente son libres, deben ser echados á las fieras, y si esclavos, deben ser condenados al último suplicio.

**9.** El mismo; *Del Cargo de Proconsul, libro VIII.* — Se dispone en la ley Cornelia, que el que al oro le hubiere agregado algún vicio, ó el que hubiere hecho monedas de plata adulteradas, esté sujeto á la acusación de falsedad.

§ 1.—Con la misma pena es castigado también el que pudiendo impedir alguna cosa de estas no la impidió.

§ 2.—Se expresa en la misma ley, que nadie quiera con dolo malo comprar ó vender monedas de estaño ó plomo.

§ 3.—Se impone la pena de la ley Cornelia al que á sabiendas hubiere con dolo malo signado, ó procurado que se signase, alguna cosa falsa, distinta de la que constaba en el testamento; asimismo los que con dolo malo se hubieren unido para hacer falsos atestados ó para prestar mútuamente falsos testimonios.

(1) *Taur. según la escritura original;* adscribat, *la corrección del códice Fl., Br.*
(2) servo, *Hal. Vulg.*
(3) *Taur. según la escritura original;* in, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(4) adscripserit, *Hal. Vulg.*
(5) dos, *Hal. Vulg.*
(6) *Hal.;* debet, *el códice Fl.*
(7) *Taur. según la escritura original;* raserint—tinxerint—finxerint, *la corrección del códice Fl., Br.*
(8) *Taur. según la escritura original;* raserint- tinxerint – finxerint, *la corrección del códice Fl., Br.*
(9) *Taur. según la escritura original;* raserint- tinxerint —finxerint, *la corrección del códice Fl., Br.*
(10) teneatur, *Hal.*
(11) *Hal. Vulg.;* stagneos, *el códice Fl.*
(12) in, *inserta Hal.*

§ 4.—Qui delatorem summisit in causa pecuniaria, eadem poena tenetur, qua tenentur hi, qui ob instruendas (1) lites (2) pecuniam acceperunt.

**10.** Macer (3) *libro I. Publicorum.* — De eo, qui ei, in cuius potestate est, eique, qui in eadem potestate est, adscripserit, nihil Senatusconsultis cavetur; sed hoc quoque casu committitur in legem, quia huius rei emolumentum ad patrem dominumve pertinet, ad quem pertineret, si filius servusve sibi adscripsissent.

§ 1.—Illud (4) constat, si extraneo quis adscripserit legatum, licet postea vivo testatore in potestate eum habere coeperit, Senatusconsultis (5) locum non esse.

**11.** Marcianus *libro I. de Iudiciis publicis.* — Si pater filio suo militi, quem habet in potestate, testamento commilitonis filii aliquid adscripserit, quem commilitonem in militia novit, quia patri non acquiritur, extra poenam est.

§ 1.—Et quum matri filius adscripserat, Divi fratres rescripserunt, quum iussu testatoris hoc scripsit, impunitum eum esse, matremque capere posse.

**12.** Papinianus *libro XIII. Responsorum.*—Quum falsi reus ante crimen illatum, aut sententiam dictam vita decedit, cessante Cornelia, quod scelere quaesitum est, heredi non relinquitur.

**13.** Idem *libro XV. Responsorum.* — Falsi nominis vel cognominis asseveratio poena falsi coërcetur.

§ 1.—Ordine decurionum decem annis advocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente Praeside recitavit, post finem temporis dignitatem respondi recuperare, quoniam in Corneliam falso recitato, non facto, non (6) incidit; eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario punitum decurionem post reditum recte creari.

**14.** Paulus *libro XXII. Quaestionum.* — Filius emancipatus, quum scriberet patris testamentum, iussu patris servo communi, Titii et sui (7), legatum adscripsit; quaero, quis exitus quaestionis sit. Respondit: plures quaestiones coniunxisti, et quidem quantum ad Senatusconsultum, quo prohibemur, nobis vel his, quos in potestate habemus, adscribere legatum, emancipatus quoque filius eadem poena tenebitur, licet iussu patris scripserit; excusatus enim is videtur, qui in potestate est, sicut servus, si tamen iussum ex subscriptione testatoris appareat; sic enim inveni Senatum censuisse.

§ 1.—Sequens quaestio est, an, quoniam placet id, quod illicite scriptum est, pro non scripto esse, quod servo communi scribentis et alterius adscri-

§ 4.—El que hizo que otro fuese delator en negocio pecuniario está sujeto á la misma pena á que están sujetos los que recibieron dinero por preparar los litigios.

**10.** Macer; *De los Juicios públicos, libro I.*—Nada se dispone en los Senadoconsultos respecto al que hubiere escrito alguna cosa para aquel bajo cuya potestad está, ó para el que está bajo la misma potestad; pero también en este caso se incurre en la ley, porque el emolumento de aquella cosa le pertenece al padre ó al señor, á quien le pertenecería, si el hijo la hubiese escrito para sí.

§ 1.—Es sabido, que, si alguno hubiere escrito para un extraño un legado, aunque después viviendo el testador hubiere comenzado á tenerlo bajo su potestad, no tienen lugar los Senadoconsultos.

**11.** Marciano; *De los Juicios públicos, libro I.* — Si el padre hubiere escrito alguna cosa para su hijo militar, al cual tiene bajo su potestad, en el testamento de un compañero de su hijo, á cuyo compañero conoció en la milicia, está exento de pena, porque no se adquiere para el padre.

§ 1.—Y cuando el hijo había escrito para su madre, respondieron por rescripto los Divinos hermanos, que cuando esto lo escribió por orden del testador, él quedaba sin castigo, y la madre podía adquirirlo.

**12.** Papiniano; *Respuestas, libro XIII.*—Cuando el reo de falsedad falleció antes de haberse formalizado la acusación, ó de haberse proferido sentencia, dejando de tener lugar la ley Cornelia, no se le deja al heredero lo que se adquirió por medio de delito.

**13.** El mismo; *Respuestas, libro XV.* — La aseveración de un falso nombre ó apellido es castigada con la pena de falsedad.

§ 1.—Respondí, que, removido por diez años del orden de los decuriones un abogado, que estando conociendo el Presidente leyó un instrumento falso, recuperaba su dignidad después del término de aquel tiempo, porque no incurre en la ley Cornelia por haber recitado una falsedad, no habiéndola cometido; y que por la misma razón, el plebeyo castigado por la misma causa á destierro temporal es válidamente nombrado decurión después de su regreso.

**14.** Paulo; *Cuestiones, libro XXII.* — Un hijo emancipado, al escribir el testamento de su padre, escribió por orden de su padre un legado para un esclavo común, de Ticio y de él; pregunto, cuál sea el resultado de esta cuestión. Respondió: juntaste muchas cuestiones, y ciertamente que por lo que atañe al Senadoconsulto en que se nos prohibe escribir un legado para nosotros, ó para aquellos á quienes tenemos bajo potestad, también el hijo emancipado estará sujeto á la misma pena, aunque lo hubiere escrito por orden del padre; porque se considera excusado el que está bajo potestad, como el esclavo, si, no obstante, por la subscripción del testador apareciese el mandato; porque así hallé que lo dispuso el Senado.

§ 1.—La segunda cuestión es, si, puesto que está determinado que se tiene por no escrito lo que se escribió ilícitamente, se tendrá en su totalidad por

(1) *Taur. según corrección del códice Fl.;* in obstruendas, *la escritura original, según el mismo en la nota.*
(2) falsas, *inserta Hal.*
(3) Marcellus, *Hal. Vulg.*

(4) Illud, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(5) Senatusconsulto, *Vulg.*
(6) non, *omítela Hal.*
(7) suo, *Hal. Vulg.*

ptum est, utrum in totum pro non scripto sit, an quantum ad eum tantum, qui adscripsit, ceterum socio totum debeatur. Et inveni Marcellum apud Iulianum adnotasse; nam quum Iulianus scripsisset, si sibi et Titio scripsisset (1), aut servo communi, quum pro non scripto sit, facillime quaeri posse, quantum Titio et socio acquiratur (2); ita adiicit iste (3) Marcellus: quemadmodum socio debebitur, si quasi falsum nomen servi subducitur? Quod et in praesenti quaestione observandum est.

§ 2.—Maritus servum dotalem manumisit, et in testamento eius legatum sibi adscripsit; quaesitum est, quid mulier ex lege Iulia consequi possit. Respondi: et patronum incidere in poenam Edicti Divi Claudii dicendum est, et filium emancipatum, licet praeteriti possint (4) petere bonorum possessionem (5); ergo si nihil habet patronus ex bonis liberti, non tenebitur mulieri. An ideo teneri potest, quod adiectum est in lege (6): AUT DOLO FECIT, QUO MINUS AD EUM PERVENIAT? Sed nihil perfecit (7) in fraudem mulieris; non enim adversus illam hoc excogitavit. An ideo non denegamus huic actiones, quoniam alii restituturus est? Atquin quum quis (8) sibi iussu testatoris legatum adscripsit, etiamsi fidei suae similiter iubente testatore commisisset, uti id alii restitueret, Senatus iussit, eum nihilominus legato abstinere, idque apud heredem remanere cum onere fideicommissi.

**15.** CALLISTRATUS *libro I. Quaestionum.*— Divus Claudius Edicto praecepit, adiiciendum legi Corneliae, ut, si quis, quum alterius testamentum vel codicillos scriberet, legatum sibi sua manu scripserit, proinde teneatur, ac si commisisset in legem Corneliam, et ne vel iis venia detur, qui se ignorasse Edicti severitatem praetendant. Scribere autem sibi legatum videri non solum eum, qui manu sua id fecit, sed etiam qui per servum suum vel filium, quem in potestate (9) habet, dictante testatore legato honoratur.

§ 1.—Plane Constitutionibus principalibus cavetur, ut, si testator specialiter subscriptione sua declaraverit, dictasse servo alicuius, ut domino eius legatum ab heredibus suis daretur, id valere, nec generalem subscriptionem testatoris valere adversus Senatusconsulti auctoritatem; et ideo legatum pro non scripto habendum, et servo, qui etiam sibi legatum adscripsit, veniam dari; ego (10) tutius esse puto, veniam petendam ab Imperatore, scilicet eo, quod relictum est, abstinentibus.

§ 2.—Item Senatus censuit, ut, si servus domini sui iussu testamento codicillisve libertatem sibi adscripserit, ob eam rem, quod ipsius manu adscriptum est, (11) minus liber sit; sed libertas ei ex fideicommissi causa praestatur (12), si modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillisve subscripserit.

(1) adscripsisset, *Hal. Vulg. Véase la página 760., nota 4.*
(2) *Hal. Vulg.*; adquaeratur, *el códice Fl.*
(3) *Taur. según la escritura original;* ipse, *la corrección del códice Fl., Br.*
(4) licet praeteriri possit, *Hal. Vulg.*
(5) possessionem, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(6) Iulia, *inserta el códice citado por Br.*

no escrito lo que se escribió para un esclavo común del que lo escribió y de otro, ó si solamente en cuanto al que lo escribió, debiéndose la totalidad al condueño. Y hallé que Marcelo observó en sus notas á Juliano; porque habiendo escrito Juliano, que si hubiese escrito para sí y para Ticio, ó para un esclavo común, teniéndose por no escrito, se podía averiguar facilísimamente cuánto se adquiría para Ticio y para su consocio; y así añadió Marcelo: ¿de qué manera se le deberá al condueño, si se retira como falso el nombre del esclavo? Lo que se ha de observar también en la presente cuestión.

§ 2.—Un marido manumitió á un esclavo de la dote, y en el testamento de éste escribió para sí un legado; se preguntó, qué es lo que podría conseguir la mujer en virtud de la ley Julia. Respondí: se ha de decir que incurren en la pena del Edicto del Divino Claudio el patrono, y el hijo emancipado, aunque los preteridos puedan pedir la posesión de los bienes; luego si el patrono no tiene nada de los bienes del liberto, no estará obligado á la mujer. ¿Acaso puede estar obligado porque se añadió en la ley: «O hizo con dolo, que no fuera á poder de él?» Mas nada hizo en fraude de la mujer; porque esto no lo pensó contra ella. ¿Acaso no le denegamos á éste las acciones, porque lo ha de restituir á otro? Mas cuando uno escribió para sí un legado por orden del testador, aunque se lo hubiese encomendado á su propia fidelidad mandándoselo igualmente el testador, para restituirlo á otro, dispuso el Senado que él, sin embargo, se abstuviera del legado, y que éste quedara en poder del heredero con la carga del fideicomiso.

**15.** CALISTRATO; *Cuestiones, libro I.*— Dispuso el Divino Claudio por Edicto, que se debía añadir á la ley Cornelia, que, si alguno al escribir testamento ó codicilos de otro hubiere escrito para sí de su propia mano un legado, sea responsable lo mismo que si hubiese incurrido en la ley Cornelia, y que no se les conceda perdón ni aun á los que pretendan haber ignorado la severidad del Edicto. Mas se considera que escribe para sí un legado, no solamente el que hizo esto de su propia mano, sino también el que dictando el testador se beneficiare con un legado por medio de un esclavo suyo, ó de un hijo, que tiene bajo su potestad.

§ 1.—Mas en las Constituciones de los Príncipes se dispone, que si el testador hubiere declarado especialmente en su subscripción, que le dictó al esclavo de alguno que al dueño de éste se le diese por sus propios herederos un legado, sea esto válido, y que no tiene validez contra la autoridad del Senadoconsulto la subscripción general del testador; y por esto ha de ser considerado como no escrito un legado, y se le concede perdón al esclavo que escribió un legado aun para sí mismo; yo creo que es más seguro que se ha de pedir al Emperador la venia, absteniéndose, por supuesto, de lo que se dejó.

§ 2.—También dispuso el Senado, que si un esclavo hubiere escrito para sí en testamento ó en codicilos la libertad por orden de su señor, no sea libre por esto, porque lo escribió de su propia mano; pero se le da la libertad por causa de fideicomiso, si después de aquella escritura hubiere subscrito el testador con su propia mano en el testamento ó en los codicilos.

(7) *Taur. según la escritura original;* fecit, *la corrección del códice Fl., Br.*
(8) *Vulg.*; quum is, qui, *el códice Fl.*
(9) *Hal.*; potestatem, *el códice Fl.*
(10) *Taur.*; ergo, *el códice Fl., Br.*
(11) non ideo, *insertan Hal. Vulg.*
(12) praestetur, *Hal. Vulg.*

§ 3.—Et quatenus de sola specie fideicommissae libertatis hoc Senatusconsulto continebatur, Divus Pius rescripsit, sententiam magis sequendam esse huius Senatusconsulti, quam scripturam; nam servos, quum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari, si tamen accedat domini auctoritas, subscribentis se ea dictasse et recognovisse; videri enim ait ipsius domini manu scripta, cuius voluntate ea scripta sunt. Quod tamen, inquit, ad liberas personas, in quas nullum ius testator habuerit, extendi non debet (1); quaeri tamen debet, an (2) aeque subsequendi necessitas, et honesta excusatio est non facientibus, quod non sit concessum.

§ 3.—Y por cuanto esto se contenía en el Senadoconsulto para el solo caso de libertad dejada por fideicomiso, resolvió por rescripto el Divino Pío, que se había de atender más bien al espíritu de este Senadoconsulto, que á su letra; porque los esclavos cuando obedecen á sus señores están excusados por la imposición de la potestad, con tal que intervenga la autoridad del señor que al subscribir dice que él dictó y reconoció aquellas cosas; porque dice que se considera escrito por mano del mismo señor lo que fué escrito por voluntad de éste. Lo que, sin embargo, dice, no se debe extender á las personas libres sobre las que ningún derecho hubiere tenido el testador; pero se debe investigar, si igualmente hay necesidad de obedecer, y honrosa excusa para los que no hacen lo que no les está concedido.

§ 4.—Matri quoque, cui per servum suum dictante filio legatum scriptum esset, veniam tribuendam legis Corneliae placuit.

§ 4.—Se determinó que se debía conceder el perdón de la ley Cornelia también á la madre para quien por un esclavo suyo se hubiese escrito un legado dictándolo el hijo.

§ 5.—Idem in filiam, quae dictante matre sua per ignorantiam iuris legatum sibi scripserat, Senatus censuit.

§ 5.—Lo mismo dispuso el Senado respecto á la hija que por ignorancia del derecho había escrito para sí un legado dictándolo su madre.

§ 6.—Si quis duobus heredibus institutis adiecerit, ut, si alteruter heres sine liberis decessisset, ei, qui superesset, et liberos haberet, hereditas redderetur, vel si uterque sine liberis decessisset, hereditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, placet testamentario poenam legis Corneliae remitti; sed benignius est, ut etiam ea, quae supra scripta sunt, simili modo consequatur.

§ 6.—Si alguno, habiendo instituído dos herederos, hubiere añadido que, si hubiese fallecido sin hijos uno de los herederos, se le restituyese la herencia al que sobreviviese y tuviera hijos, ó que si ambos hubiesen fallecido sin hijos, la herencia fuese al fin restituída por otra mano al escribiente del testamento, está determinado que se le remita al testamentario la pena de la ley Cornelia; pero es más equitativo que de igual modo consiga también lo que arriba se escribió.

**16.** Paulus *libro III. Responsorum* (3) *respondit.* — Instrumentorum surreptorum crimen non esse publici iudicii, nisi testamentum alicuius surreptum arguatur.

§ 1.—Paulus respondit, legis Corneliae poena omnes teneri, qui etiam extra testamenta, cetera falsa signassent.

§ 2.—Sed et ceteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliave qua re sine consignatione falsum fecerunt, vel ut verum non appareat, quid celaverunt, surripuerunt, (4) subiecerunt, resignaverunt, eadem poena affici solere, dubium non esse.

**16.** Paulo *respondió; Respuestas, libro III.* — El delito de instrumentos hurtados es de juicio público, á no ser que se diga que fué substraído el testamento de alguno.

§ 1.—Paulo respondió, que están sujetos á la pena de la ley Cornelia todos los que hubiesen signado otras cosas falsas aunque no sean testamentos.

§ 2.—Mas no es dudoso que también todos los que en cuentas, tablas, cartas públicas, ó en otra cualquier cosa sin firma cometieron falsedad, ó que para que no aparezca la verdad ocultaron alguna cosa, la substrajeron, la supusieron, ó le quitaron el sello, suelen ser castigados con la misma pena.

**17.** Idem *libro III. Fideicommissorum.* — Quum quidam sua manu servum sibi legatum scripsisset, et eum manumittere rogatus esset, Senatus censuit, ab omnibus heredibus eum manumittendum.

**17.** El mismo; *Fideicomisos, libro III.*— Habiendo uno escrito con su propia mano que se le había legado un esclavo, y habiéndose rogado que lo manumitiera, dispuso el Senado que él debía ser manumitido por todos los herederos.

**18.** Idem *libro III. Sententiarum* (5). — Uxori legatum in alieno testamento scribere non prohibemur.

§ 1.—Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, et si suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam videbitur affectasse, tamen si idoneus esse approbetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est; nec excusatio eius admittetur, quia consensisse videtur voluntati testatoris.

**18.** El mismo; *Sentencias, libro III.* — No se nos prohibe escribir en testamento de otro un legado para la mujer.

§ 1.—El que se escribió como tutor de un hijo impúbero del testador, aunque se presume que es sospechoso, porque parece que voluntariamente aspiró á la tutela, sin embargo, si se probase que es idóneo, ha de ser dado como tutor, no en virtud del testamento, sino por decreto; y no se admitirá su excusa, porque se considera que dió su consentimiento á la voluntad del testador.

**19.** Idem *libro V. Sententiarum.* — Qui falsam

**19.** El mismo; *Sentencias, libro V.*— Los que hu-

(1) *Taur. según corrección del códice Fl.;* habet, *la escritura original, Br.*
(2) an, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(3) *Taur.;* Paulus, *inserta el códice Fl.*

(4) *Taur. según la escritura original;* deleverunt, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(5) *Véase Pauli Sentt. rece. III. 6. § 25.*

monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio iustae poenitentiae absolvuntur.

§ 1.—Accusatio suppositi partus nulla temporis praescriptione depellitur; nec interest, decesserit necne ea, quae partum subdidisse contenditur.

**20.** Hermogenianus *libro VI. Iuris epitomarum.* —Falsi poena coërcentur, et qui ad litem instruendam advocatione, testibus, pecuniam acceperunt, obligationem, pactionem fecerunt, societatem inierunt (1), ut aliquid eorum fieret, curaverunt.

**21.** Paulus *libro singulari ad Senatusconsultum Turpillianum.* — Qui duobus in solidum eandem rem diversis contractibus vendidit, poena falsi coërcetur; et hoc et Divus Hadrianus constituit (2). Iis adiungitur et is, qui iudicem corrumpit; sed remissius puniri solent, ut ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur.

**22.** Idem *libro singulari ad Senatusconsultum Libonianum.*—Impuberem in hoc Edictum incidere dicendum non est, quoniam falsi crimine vix possit teneri, quum dolus malus in eam aetatem non cadit.

§ 1.—Si ei filio, qui apud hostes est, adscripserit pater legatum, dicendum est, reverso eo incidere in poenam Senatusconsulti; quodsi ibi decesserit, innocens pater existimatur.

§ 2.—Sed et si emancipato filio adscribit, recte id faciet, item in adoptionem dato.

§ 3.—Item si servo, cui moram fecit in fideicommissaria libertate praestanda, adscripserit, dicendum est, extra sententiam Senatusconsulti eum esse, quoniam placet, omne, quod per huiusmodi servum acquisitum est, restitui oportere manumisso.

§ 4.—Et si ei servo, qui bona fide servit, aliquid adscripsit, quoad cogitationem animi nocens est, quia ei adscribit, quem suum putat; sed quoniam neque legatum, neque hereditas bonae fidei possessori acquiritur, dicamus, eum poenae eximendum esse.

§ 5.—Si dominus adscripserit servo legatum, quum liber erit, dicimus, Senatusconsulto dominum excusatum esse, qui compendio suo nullo modo prospexerit. Eadem et de filio postea emancipato (3).

§ 6.—Qui codicillos ante testamentum factos, in quibus legatum ei adscriptum erat, confirmat, in Senatusconsultum incidit; quod et Iulianus scribit.

§ 7.—Adimendo quoque aliquid incidere in poenam debet, quasi sibi aliquid dederit, veluti si servo legato sibi, eidemque (4) manumisso libertatem sua manu ademerit; hoc ita, si voluntate testatoris ademerit; nam si ignorante eo, libertas valet. Item si rogatus restituere legatum sibi adscriptum, fideicommissum ademerit.

(1) *Taur. según corrección del códice Fl.;* iniecerunt, *la escritura original, Br.*

(2) *Taur. según corrección;* constitut, *la escritura original, Br.*

(3) *Taur. según la escritura original;* dici potest, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*

(4) *Vulg.;* eodemque, *el códice Fl.*

bieren acuñado moneda falsa, si no quisieron consumar la cosa, son absueltos por virtud de su legítimo arrepentimiento.

§ 1.—La acusación de un parto supuesto no es repelida con ninguna prescripción de tiempo; y no importa que haya fallecido ó no la que se dice que supuso el parto.

**20.** Hermogeniano; *Epitome del Derecho, libro VI.* — Son castigados con la pena de falsedad también los que por proveer un litigio de abogado y de testigos recibieron dinero, contrajeron obligación ó pacto, ó formaron sociedad, ó procuraron que se hiciera alguna cosa de éstas.

**21.** Paulo; *Comentarios al Senadoconsulto Turpiliano, libro único.*—El que por diversos contratos vendió á dós íntegramente la misma cosa, es castigado con la pena de falsedad; y esto determinó también el Divino Adriano. Agrégase á éstos también el que corrompe al juez; pero suelen ser castigados más moderadamente, de modo que sean relegados temporalmente, y no se les quiten sus bienes.

**22.** El mismo; *Comentarios al Senadoconsulto Liboniano, libro único.* — No se ha de decir que el impúbero incurre en este Edicto, porque difícilmente puede ser responsable del delito de falsedad, pues en esta edad no cabe dolo malo.

§ 1.—Si el padre hubiere escrito un legado para el hijo que está en poder de los enemigos, se ha de decir, que, habiendo vuelto aquél, incurre en la pena del Senadoconsulto; pero si hubiere fallecido en poder de aquéllos, el padre es considerado inocente.

§ 2.—Mas si lo escribió para un hijo emancipado, lo hará esto válidamente, y lo mismo si para uno dado en adopción.

§ 3.—Asimismo, si lo hubiere escrito para un esclavo al cual fué moroso en darle la libertad dejada por fideicomiso, se ha de decir que está fuera del espíritu del Senadoconsulto, porque está determinado que todo lo que se adquirió por medio de un esclavo de esta clase debe ser restituído al manumitido.

§ 4.—Y si escribió alguna cosa para el esclavo que de buena fe presta servidumbre, es culpable en cuanto al propósito de su ánimo, porque lo escribió para aquel á quien él considera suyo; pero como para el poseedor de buena fe no se adquiere ni el legado ni la herencia, diremos que él ha de ser eximido de la pena.

§ 5.—Si el señor hubiere escrito un legado para un esclavo, para cuando fuere libre, decimos que quedó exento del Senadoconsulto el señor que de ningún modo atendió á su propio provecho. Lo mismo también en cuanto al hijo emancipado después.

§ 6.—El que confirma codicilos hechos antes del testamento, en los cuales se le había adjudicado un legado, incurre en el Senadoconsulto; lo que escribió también Juliano.

§ 7.—También quitando alguna cosa en el testamento debe incurrirse en la pena, como si así se hubiere dado alguna cosa, por ejemplo, si á un esclavo que le había sido legado, y que había sido manumitido le hubiere quitado con su mano la libertad; esto así, si se la hubiere quitado por voluntad del testador; porque si ignorándolo éste, es válida la libertad. Asimismo, si habiéndose rogado que restituyera un legado escrito para él, hubiere revocado el fideicomiso.

§ 8.—Qui liberti assignationem sua manu adscripsit, non verbis, sed sententia Senatusconsulti tenetur.

§ 9.—Item non continetur verbis servus, qui alieno testamento fideicommissam libertatem sibi adscripsit; sed de hoc potest haesitari, quoniam, ut supra diximus, Senatus ita demum ei, qui sibi libertatem fideicommissam in testamento domini adscripsit, poenam remisit, si dominus subscripsit. Imo magis dicendum est, hunc contra Senatusconsultum facere, quam eum, qui legatum sibi adscribit, quum libertas omnimodo ipsi competitura sit, legatum autem domino acquiri possit.

§ 10.—Si testamentarius servo suo fideicommissam libertatem dederit, videamus, ne extra poenam sit, quoniam nullum ipsius commodum est, nisi ideo adscripserit, ut servus magno pretio redimatur ab eo, et manumittatur.

§ 11.—Sed et ille, qui, quum Titio fundus legaretur, adiecit sua manu conditionem pecuniae sibi dandae, in voluntatem Senatusconsulti incidit.

§ 12.—Qui autem voluntate patris se exheredat, vel legatum sibi adimit, neque verbis Senatusconsulti, neque sententia continetur.

**23.** Idem *libro singulari de poenis paganorum.*—Quid sit falsum, quaeritur; et videtur id esse, si quis alienum chirographum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel describat, non qui alias in computatione vel in ratione mentiuntur.

**24.** Scaevola *libro XXII. Digestorum.*— Aithales (1) servus, cui testamento Vetiti Callicini domini (2) per fideicommissum libertas et portio hereditatis relicta erat ab his, qui ex undecim portionibus heredes erant instituti, professus est indicium apud Maximillam, filiam testatoris ex parte duodecima heredem scriptam, se posse probare falsum testamentum Vetiti Callinici; et apud magistratus interrogatus a Maximilla professus est, probaturum, quemadmodum falsum sit factum testamentum; et quum in crimen falsi subscripsisset Maximilla in scriptorem testamenti et Proculum coheredem, acta causa praefectus Urbi falsum testamentum non esse pronuntiavit, et Maximillae partem duodecimam a fisco cogi iussit; quaesitum est, an Aithaleti (3) libertas et fideicommissum post haec facta debeantur. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, deberi.

**25.** Ulpianus *libro VII. ad Edictum.* — Qui nomine Praetoris literas falsas reddidisse, Edictumve falsum proposuisse dicetur ex causa, actione in factum poenali tenetur, quamquam lege Cornelia reus sit.

**26.** Marcellus (4) *libro XXX. Digestorum.*—Si quis patris sui testamentum aboleverit, et quasi intestatus decessisset, pro herede gesserit, atque ita diem suum obierit, iustissime tota hereditas paterna heredi eius eripietur.

§ 8.—El que de su mano escribió la asignación de un liberto está obligado no por la letra, sino por el espíritu del Senadoconsulto.

§ 9.—Asimismo, no está contenido en la letra el esclavo que en el testamento de otro escribió para sí la libertad por fideicomiso; mas sobre esto se puede dudar, porque, como arriba hemos dicho, el Senado le remitió la pena al que en el testamento de su señor escribió para sí la libertad por fideicomiso, solamente si su señor lo subscribió. Antes bien, se ha de decir, que obra contra el Senadoconsulto más bien éste que el que escribió para sí un legado, porque la libertad le habría de competer de todos modos á él mismo, pero el legado podría ser adquirido para su señor.

§ 10.—Si el testamentario hubiere dado por fideicomiso la libertad á un esclavo suyo, veamos si estará exento de pena, porque no hay ningún provecho para él mismo, á no ser que lo hubiere escrito para que el esclavo fuese comprado por él á grande precio, y manumitido.

§ 11.—Pero también incurre en la disposición del Senadoconsulto el que, habiéndosele legado un fundo á Ticio, agregó de su mano una condición para que se le diese á él dinero.

§ 12.—Mas el que por voluntad de su padre se deshereda, ó se revoca un legado, no está comprendido ni en la letra, ni en el espíritu del Senadoconsulto.

**23.** El mismo; *De las Penas de los paisanos, libro único.* — Se pregunta, qué cosa sea falsedad; y se considera que la hay, si alguno imitara un quirógrafo de otro, ó un libelo, ó si mutilara ó rehiciera las cuentas, no los que de otro modo son inexactos en una computación ó cuenta.

**24.** Scévola; *Digesto, libro XXII.* — El esclavo Aitales, á quien en el testamento de su señor Vetito Calínico se le había dejado por fideicomiso la libertad y una porción de herencia, á cargo de los que habían sido instituídos herederos de once porciones, indicó ante Maximila, hija del testador, instituida heredera de la duodécima parte, que él podía probar que era falso el testamento de Vetito Calínico; é interrogado ante los magistrados por Maximila declaró que probaría de qué manera era falso el testamento hecho; y habiendo subscrito Maximila la acusación de falsedad contra el escribiente del testamento y contra su coheredero Próculo, substanciada la causa, declaró el Prefecto de la Ciudad que no era falso el testamento, y mandó que fuese tomada por el fisco la duodécima parte de Maximila; se preguntó, si después de estos hechos se le deberían á Aitales la libertad y el fideicomiso. Respondió, que, según lo que se exponía, se le debían.

**25.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro VII.* — El que se dijese que á nombre del Pretor presentó cartas falsas, ó expuso un Edicto falso, se obliga en virtud de esta causa á la acción penal por el hecho, aunque sea reo por la ley Cornelia.

**26.** Marcelo; *Digesto, libro XXX.* — Si alguno hubiere borrado el testamento de su padre, y, como si éste hubiese fallecido intestado, hubiese obrado como heredero, y así hubiere fallecido, justísimamente se le quitará á su heredero toda la herencia paterna.

(1) Aithaletus, *Vulg.;* Athales, *Hal.*
(2) domini, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(3) Athali, *Hal.*
(4) Martianus, *Hal.*

**27.** Modestinus *libro VIII. Regularum.* — Eos, qui diversa inter se testimonia praebuerunt, quasi falsum fecerint, et praescriptio (1) legis teneri pronuntiat.

§ 1.—Et eum, qui contra signum suum falsum praebuit testimonium, poena falsi teneri pronuntiatum est. De impudentia (2) eius, qui diversa duobus testimonia praebuit, cuius ita anceps fides vacillat, quod crimine falsi teneatur, nec dubitandum est.

§ 2.—Qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus usus est, vel falso diplomate vias commeavit, pro admissi qualitate gravissime puniendus est.

**27.** Modestino; *Reglas, libro VIII.* — La disposición de la ley declara que están obligados los que entre sí prestaron diversos testimonios, cual si hubieren cometido falsedad.

§ 1.—Y se declaró que está sujeto á la pena de falsedad también el que prestó testimonio falso contra su propio signo. Y no se ha de dudar que por la impudencia del que prestó á dos diversos testimonios, cuya contradictoria fe queda de este modo vacilante, es él responsable del delito de falsedad.

§ 2.—El que se condujo como militar, ó usó insignias ilícitas, ó fué por los caminos con pasaporte falso, ha de ser gravísimamente castigado según la calidad de su delito.

**28.** Idem *libro IV. Responsorum.* — Si a debitore, praelato die, pignoris obligatio mentiatur, falsi crimini (3) locus est.

**28.** El mismo; *Respuestas, libro IV.* — Si por el deudor se mintiera respecto á la obligación de prenda, habiendo anticipado el día, tiene lugar el delito de falsedad.

**29.** Idem *libro singulari de enucleatis casibus.*— Si quis obrepserit Praesidi provinciae tam per acta, quam per libelli interpellationem, nihil agit, imo si accusatus fuerit, poenam temeratoris (4) luit; proinde enim punitur, atque si falsum fecerit; sunt enim Rescripta de ea re. Sufficit autem, unum argumenti causa referre, cuius verba haec sunt: «Alexander Augustus Iulio Maryllo: Si libello dato adversarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione uti non potest; imo si accusatus fuerit, et poenam inferre (5) debet».

**29.** El mismo; *De los casos ilustrados, libro único.* — Si alguno hubiere engañado al Presidente de la provincia, tanto por medio de actuaciones, como por la presentación de un libelo, no hace cosa válida, antes bien, si hubiere sido acusado, paga la pena de falsario; porque es castigado lo mismo que si hubiere cometido una falsedad; pues hay rescriptos sobre este particular. Mas basta hacer mención por vía de prueba de uno solo, cuyos términos son estos: «Alejandro Augusto á Julio Marilo: Si habiendo presentado libelo tu adversario no expresó la verdad en las súplicas elevadas por él, no puede usar de la suscripción; antes bien, si hubiere sido acusado, debe sufrir también la pena».

**30.** Idem *libro XII. Pandectarum.*— Lege Cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit, sculpserit.

§ 1.—De partu supposito soli accusant parentes, aut hi, ad quos ea res pertineat, non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendat.

**30.** El mismo; *Pandectas, libro XII.* — Por la ley Cornelia sobre testamentos se obliga el que hubiere hecho ó esculpido signo falsificado.

§ 1.—Solamente los ascendientes acusan de parto supuesto, ó aquellos á quienes esta cosa afecta, y no cualquiera del pueblo, de modo que intente acusación pública.

**31.** Callistratus *libro III. de Cognitionibus.*— Divus Pius Claudio rescripsit, pro mensura cuiusque delicti constituendum in eos, qui apud iudices instrumenta protulerunt, quae probari non possint; aut si plus (6) meruisse videatur, quam ex forma iurisdictionis pati possint, ut Imperatori describatur aestimaturo, quatenus coërceri debeant. Sed Divus Marcus cum fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperavit, ut, si, quod plerumque evenit, per errorem huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur iis, qui tale quidquam protulerint.

**31.** Calistrato; *De las Jurisdicciones, libro III.* —El Divino Pío respondió por rescripto á Claudio, que según la importancia de cada delito se ha de determinar contra los que ante los jueces produjeron instrumentos, que no puedan ser aprobados; ó que si pareciera que merecieron más de lo que pudieran sufrir con arreglo á la forma de la jurisdicción, se dé cuenta al Emperador, que estimará de qué modo deban ser castigados. Pero el Divino Marco moderó esto, juntamente con su hermano, conforme á su humanidad, á fin de que, si, como muchas veces acontece, se produjeran por error instrumentos de esta clase, se perdone á los que hubieren presentado alguno de ellos.

**32.** Modestinus *libro I. de Poenis.*— Hodie, qui Edicta proposita dolo malo corrumpunt, falsi poena plectuntur.

§ 1.—Si venditor mensuras publice probatas vini, frumenti, vel cuiuslibet rei, aut emtor corruperit, dolove malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius dupli (7) condemnatur; decretoque Divi Hadriani praeceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent.

**32.** Modestino; *De las Penas, libro I.*—Hoy son castigados con la pena de falsedad los que con dolo malo rompen los Edictos expuestos.

§ 1.—Si el vendedor ó el comprador hubiere alterado las medidas públicamente aprobadas para el vino, el trigo, ú otra cualquiera cosa, ó con dolo malo hubiere cometido fraude, es condenado al duplo de cuanto vale la cosa; y se dispuso en decreto del Divino Adriano que fuesen relegados á una isla los que hubiesen falsificado pesos ó medidas.

(1) *El códice Fl., Br*; praescripto, *Taur.*
(2) imprudentia, *Hal.*
(3) *Hal. Vulg.*; crimine, *el códice Fl.*
(4) *Taur. según corrección del códice Fl.*; temerari, *la escritura original, Br.*
(5) sufferre, *Hal. Vulg.*
(6) *Taur. según la escritura original;* eos, *inserta la corrección del códice Fl.*; *Br.*
(7) *Taur. según el códice Fl., que dice* duplico, *Br.*

**33**. Idem *libro III. de Poenis.* — Si quis falsis Constitutionibus nullo auctore habito utitur, lege Cornelia aqua et igni ei interdicitur.

## TIT. XI

### DE LEGE IULIA (1) REPETUNDARUM
[*Cf. Cod. IX. 27.*]

**1**. Marcianus (2) *libro XIV. Institutionum.* — Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione (3), vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit, vel quum ex cohorte cuius eorum est.

§ 1.—Excipit lex, a quibus licet accipere, a sobrinis, propioreve (4) gradu cognatis suis, uxore.

**2**. Scaevola *libro IV.* (5) *Regularum.* — Datur ex hac lege et in heredes actio intra annum, duntaxat a morte eius, qui arguebatur.

**3**. Macer (6) *libro I. Publicorum* (7). — Lege Iulia repetundarum tenetur, qui, quum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum (8) decernendumve acceperit,

**4**. Venuleius Saturninus *libro III. publicorum Iudiciorum.* — vel quo magis, aut minus quid ex officio suo faceret.

**5**. Macer (9) *libro I. Publicorum* (10).—In comites quoque iudicum ex hac lege iudicium datur.

**6**. Venuleius Saturninus *libro III. publicorum Iudiciorum* (11). — Eadem lege tenentur, qui ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint.

§ 1.—Hac lege damnatus testimonium publice dicere, aut iudex esse postulareve prohibetur.

§ 2.—Lege Iulia repetundarum cavetur, ne quis ob militem legendum mittendumve aes accipiat, neve quis ob sententiam in Senatu consiliove publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum, utque urbani magistratus ab omni sorde se abstineant, neve plus doni, muneris in anno accipiant, quam quod sit aureorum centum.

**7**. Macer (12) *libro I. Iudiciorum publicorum.*— Lex Iulia de repetundis praecipit, ne quis ob iudicem, arbitrumve dandum, mutandum, iubendumve, ut iudicet, neve ob non dandum, non mutandum, non iubendum, ut iudicet; neve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum; neve quis ob hominem condemnandum absolvendum; neve ob litem aestimandam, iudiciumve capitis pecuniaeve faciendum, vel non faciendum aliquid acceperit.

§ 1.—Apparet autem, quod lex ab exceptis qui-

---

(1) AD LEGEM IULIAM, *Hal. Vulg.*
(2) Marcellus, *Vulg.*
(3) legatione, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(4) *Taur.*; proprioreve, *el códice Fl., Br.*
(5) *El códice Fl. y Br. consideran* IV. *añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.*
(6) Martianus, *Hal.*; Marcellus, *Vulg.*
(7) *Taur. según la escritura original;* Iudiciorum, *adiciona la corrección del códice Fl., Br.*

**33**. El mismo; *De las Penas, libro III.*—Si alguno usara falsas constituciones que no tienen autor alguno, se le pone por la ley Cornelia interdicción en el agua y el fuego.

## TÍTULO XI

### DE LA LEY JULIA SOBRE LAS CONCUSIONES
[*Véase Cód. IX. 27.*]

**1**. Marciano; *Instituta, libro XIV.*— La ley Julia sobre las concusiones se refiere á aquellas cantidades, que alguno tomó hallándose constituido en magistratura, potestad, administración, legación, ó en algún otro oficio, cargo, ó ministerio público, ó cuando forma parte de la comitiva de alguno de éstos.

§ 1.—La ley exceptúa aquellos de quien es lícito recibir, como de los sobrinos, ó de sus cognados en grado más próximo, ó de la mujer.

**2**. Scévola; *Reglas, libro IV.*—En virtud de esta ley se da acción también contra los herederos dentro del año, sólo desde la muerte del que era acusado.

**3**. Macer; *De los Juicios públicos, libro I.* — Por la ley Julia sobre las concusiones es responsable el que teniendo alguna potestad hubiere recibido dinero por juzgar ó decretar,

**4**. Venuleyo Saturnino; *De los Juicios públicos, libro III.*— ó porque hiciese alguna cosa más ó menos en virtud de su oficio.

**5**. Macer; *De los Juicios públicos, libro I.* — En virtud de esta ley se da acción también contra los de la comitiva de los jueces.

**6**. Venuleyo Saturnino; *De los Juicios públicos, libro III.* — Son responsables por la misma ley los que por denunciar ó no denunciar un testimonio hubieren recibido dinero.

§ 1.—Al condenado por esta ley se le prohibe prestar públicamente testimomio ó ser juez, ó demandar.

§ 2.—Se dispone en la ley Julia sobre las concusiones, que nadie reciba dinero por elegir ó licenciar á un militar, ó que nadie reciba dinero por proferir sentencia en el Senado ó en consejo público, ó por acusar ó no acusar, y que los magistrados urbanos se abstengan de toda sordidez, y que al año no reciban por donativo ó regalo más de lo que importe cien áureos.

**7**. Macer; *De los Juicios públicos, libro I.* — Dispone la ley Julia relativa á las concusiones, que nadie reciba cosa alguna por nombrar, ó cambiar, juez ó árbitro, ó por mandarle que juzgue, ó por no nombrarlo, no cambiarlo, ó no mandarle que juzgue; ni por poner á un hombre en prisiones públicas, ó por atarlo ó mandar que sea atado, ó por dejarlo ir de las prisiones; ni por condenar ó absolver á un hombre; ni por hacer la estimación de un litigio, ni por celebrar, ó no celebrar, juicio capital ó pecuniario.

§ 1.—Mas se ve que la ley permite recibir de las

---

(8) *Taur. según la escritura original;* vel non iudicandum, *inserta la corrección del códice Fl., Br.*
(9) *Véase la nota 6.*
(10) *Véase la nota 7.*
(11) Venuleius Saturninus libro III. publicorum Iudiciorum, *considéranse palabras sospechosas.*
(12) Marcellus, *Hal. Vulg.*